

hunc esse comprehensum in Decretis aliis per eandem Sacram Congregationem Concilii editis, quibus prohibetur ne duplex stipendium pro unica recipiatur.

Quam Sacre Congregationis Sententiam ad Sanctissimum D. N. Alexandrum Papam VII. relatum, Sanctitas Sua sub die 29. ejusdem mensis approbavit & Decretum publicari; atque ad Episcopos & Generales Regularium Ordinum transmitti iussit, ut ipsi doctrinam hujusmodi per suos Penitentiariorum & Confessarios ac Lectores respectivè insinuari, doceri atque in tractatibus moralibus per eosdem imprimendos vulgari Pastoralis vigilantia curent. Publicatum die 27. Octobris 1659.

Hinc non dissimilis est alia doctrina hoc tempore à nonnullis Autoribus subtiliter adinventa, videlicet, cum valor seu fructus medius sacrificii de quo Sacrificans potest ad libitum disponere, dividatur in satisfactorium & impetratorium. Si quis det Sacerdoti stipendium pro Missa cum applicatione fructus satisfactorii; & alius det eidem Sacerdoti aliud stipendium pro Missa cum applicatione fructus impetratorii, potest Sacerdos unicum Missa satisfacere utrique obligationi, applicando cuilibet fructum petrum. De hac doctrina egi cum Sanctissimo qui visus est eam improbare;

justique mihi ut dubium discutendum mitterem ad Sacram Congregationem Concilii. à quo post paucos dies edita fuit declaratio sequentibus verbis concepta.

A Reverendissimo D. Fagnano pro sua egregia pietate ac Divini cultus zelo dubium infra scripto verborum tenore conceptum ad hanc Sacram Congregationem jubente Sanctissimo D. N. transmissum fuit.

An Sacerdos qui unum stipendium accepit pro celebratione Missæ, verbi gratia pro defuncto, & sic cum obligatione applicandi fructum satisfactorium; & aliud stipendium pro celebratione Missæ, verbi gratia pro infirmo; & sic cum obligatione applicandi fructum impetratorium, possit unicum Missa utrique obligationi satisfacere applicando defuncto satisfactorium & infirmo impetratorium; anve hoc casu locum habeat Decretum secundum Sacram Congregationem Concilii de celebr. Missar.

Die 13. Decembris 1659. Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, respondit quoad primam partem non posse satisfacere. Quo verò ad secundam habere locum.



DE PAROCHIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

Ex Concilio Africano.

CAPUT I.

SI Episcopus ex Donatistis ad Catholicam est unitatem conversus, æqualiter inter se dividant eas, quæ sic inventæ fuerint, ubi ambæ partes fuerint, id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligat. Quòd si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat quem plebs elegerit. Sed si antiqui Catholici suum voluerit, & illi suum qui ex Donatistis conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerint, ut non possint æqualiter dividi, velut si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod dictum est, cum de uno loco superius tractaretur.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus dividitur modo hic expresso inter Episcopum substitutum Episcopo hæretico; & ipsum hæreticum reversionem & ex dispensatione receptam.
- 2 Episcopi duo ex magna causa possunt constitui in uno Episcopatu.
- 3 Episcopus hæreticus ad Fidem conversus, recuperat primum locum dispensativè.
- 4 Restitutio ad bona publicata non trahitur ad eo quæ medio tempore in alium legitime translata fuerunt.
- 5 Divisionem bonorum frater major facit & minor eligit secundum opinionem Canonistarum & n. 13. Et major intelligitur non respectu ætatis; sed respectu administrationis, n. 7.
- 6 Frater minor non provocat ad divisionem; sed provocatur à fratre majore.
- 8 Fratres si debeant aliquam hæreditatem dividere, non major

- nata debet divisionem facere; sed ille qui diutius res paternas administravit.
- 9 Divisio inter socios studii, fieri debet ab eo qui diutius in studio fuit.
- 10 Frater major secundum Legistas non tenetur facere portiones, nec minor eligere; sed divisio faciendâ est iudicis Officio; vel sortis mittendæ & n. seq.
- 11 Frater potest fratrem ad divisionem vocare, iudicio familia erigenda vel communi dividendo.
- 12 Iudex quomodò se gerere debeat in divisione faciendâ inter fratres.
- 13 Consuetudo, ut frater major dividat & minor eligat, teste Augustino, traxit originem à divisione Abrahæ & Loth & n. seqq.
- 14 Dicitur Sancti Iulianum, auctoritate veteris vel novi Testamenti prævalere dicitur aliorum omnium.

Si

SI Episcopus. Ponit qualiter dividatur Episcopatus inter Episcopum substitutum Episcopo hæretico; & ipsum hæreticum reversionem & ex dispensatione receptam, Joan. Andr. Burr. Card. Anchar. Abb. & Joan. de Anan. Habet quinque dicta ad idem tendentia que patent ex littera.

Nota primò ex textu, casum singularem in quo duo Episcopi possunt esse unius Episcopatus, videlicet quando alter cum parte populi labitur in hæresim; & alter canonicè electus seu præcitur; nam primus cum plebe ad Ecclesiam unitatem revertitur & ex dispensatione receptus constituitur Episcopus in eodem Episcopatu unâ cum Episcopo substituto, ut hic notat Bernardus post casum & est simile in e. Non autem 7. q. 1. ubi Augustinus accessit Valerio incolami, ita ut uterque in solidum esset Episcopus & munia Episcopalia exerceret, ut hic in textu & in glossa in verbo ut non succederet. Hoc tamen secundum Abbatem hic n. 3. fieri non debet sine magna causa, ne in eodem Dioecesi videantur duo capiti quasi monstrum, ut e. inter cetera & c. Quoniam supra de Offic. Ordin. nam expressè hoc prohibetur in d. e. quoniam & ita hic factum fuit, tum pro multitudinis sequentium Episcopum ad Catholicam fidem reversionem; tum pro utilitate, ut notat gloss. in figuracione casus. Ceterum, ut formaliter inquit Joan. Andr. num. 5. non credo, quòd tuis diebus prædictes hunc casum. Si enim hodie Episcopus ad fidem revertitur sic restitueretur, Ecclesia aliter provideret substituto, dando alium Episcopatum, vel designando certos redditus & Joan. Andr. totidem verbis referunt Burr. hic num. 7. in fin. & Card. num. 3. circa med. vers. In quo dicit Joan. Andr.

Secundò nota ibi, Dividunt eas, Episcopum lapsum in hæresim, ac postea ad Catholicam unitatem reversionem recuperare primum locum. Propterea enim iste Episcopus recuperavit dimidiam partem Episcopatus duntaxat, quia fuerat substitutus alius Episcopus. Ergo non dato substituto, totum recuperasset, ut hic per Burr. num. 2. Sed tu dicas ex hac littera potius colligi oppositum, nam quod hic dicitur, fuit dispensatio & provisiò, ut indemet Burr. fatetur & fuit intellectus Tancredi Bernardi & Innocentii, hic in princ. & gloss. Joan. in cap. Ista pietas in figuracione casus, 23. quest. 4. Vel certe secundum alium intellectum Abb. Antiq. & Host. qui placet Joan. Andr. n. 5. hoc cap. Non ponit jus commune in eo, quod Episcopus reverfus de hæresi recipiatur ad Episcopatum, sed in eo quod dispensativè recipiatur. Itaque conventus indiget gratia & dispensatione, licet hæc dispensatio secundum posteriorem intellectum habeat fomentum à jure communi.

Tertiò nota ex hac Decretali argum. optimum secundum Abb. Sicul. in 1. notab. Quòd si quis, cujus bona fuerunt ob delictum publicata, restituitur, non recuperat bona legitime in alium translata; sicut ipse Episcopus conversus non recuperat primum locum, quia medio tempore fuerat ei substitutus alius Episcopus & restitutio non potest retraheri eum prejudicio illius, cui bona fuerint collata. Ad quod vide bonum text. in cap. Quoniam, & de rescript. lib. 6. & quod dixi, in cap. Mandat, num. 16. 57. de Sim.

Ultimò nota ibi & minor eligit. In divisione faciendâ meliorem esse conditionem minores, quia major facit portiones, & minor eligit, ut in text. & not. Bernard. post casum. Quod memoria commenda, pro divisionibus que in dies sunt inter fratres majores & minores secundum Burr. hic num. 6. & Anchar. num. 2. ibi. Nota quòd antiquior dividit, junior eligit. Et est simile in fratre minore, qui non provocat ad divisionem, sed provocatur à fratre majore, ut l. Inter omnes & ibi Bald. & Salic. C. de præditiis minor. & l. jubemus, C. de Saeros. Eccles. Sed tu adverte, quia istud non probatur hic non verba illa, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligit, intelliguntur à DD. de majore non respectu ætatis, sed respectu majoris temporis, quo fuit in Episcopatu; quia præsumitur melius scire facultates Ecclesiarum; semper enim in dubiis secur-

rendum est ad illos; qui melius veritatem noverunt, cap. Videtur, §. 2. & infra qui matr. occu. poss. secundum Hostens. hic numer. 2. in vers. Amplius temporis, Joan. Andr. numer. 2. Cardin. eodem numer. Anchar. in 4. notabili & Abb. numer. 4. qui ex hoc funt optimum argum. ut si fratres debeant aliquam hæreditatem dividere, non major natu debeat divisionem facere, sed ille, qui diutius res paternas administravit, & inter socios studii, qui diutius fuit in studio. Et hanc opinionem tenent communiter Canonistæ, ut testatur Jas. alio citans in l. 1. num. 39. vers. Et istam opinionem, & infra vers. Et tenendo, si certum petatur. Sed Legista magis communiter tenent contrarium, ut dicit Jas. d. num. 39. id est fratrem majorem non teneri portiones facere, nec minorem eligere, sed vel divisionem faciendam esse iudicis officio, vel sortis mittendæ. Et ita in specie determinat Bart. & Angel. in l. 1. C. de his, qui se def. lib. 10. Bart. & Bald. in l. 2. C. Quando, & à quibus quarta pars dicebatur lib. 10. & idem Bald. in l. si major, n. 1. C. Commun. divid. dicens inter fratres sexu, vel ætate dispares de jure non debere esse differentiam prælationis dividendi vel optandi, sed in omnibus debere æqualitatem servari, ut ibi in text. & sic debet optio brevium, vel sortis felicitate contingere non prerogativa personæ, ut l. 2. C. Quando, & à quibus quarta pars dicebatur, lib. 10. Angel. in l. Sancimus, §. 1. circa med. vers. Alias autem, C. de donat. ubi ait, Cum ad divisionem venit, non deferri optionem minori ætate, aut majori, sed oportere hoc committi iudicio fortune, aut per licitationem rem dividi, ut l. Si super, C. comm. delegat. Joan. de Imol. in l. Suis quoque, in princ. ff. de hæred. instit. plenè Tiraquel. in tract. de primogen. qu. 60. Covarr. pract. qu. cap. 40. num. 3. & dicit Joan. de Anan. in cap. Qualiter, & quando, il secundo, num. 4. ante med. vers. & vidi hanc alterationem, infra de ascensat. alius dum hic casus evenisset de facto in civitate Bononiæ, omnes DD. Bononienses, eo excepto, consuluisse pro ista opinione; alios refert Jas. loc. cit. & ex Canonistis hanc partem sequitur Abb. hic num. 4. nam ut ipse putat, frater non tenetur hanc divisionem facere si nolit; nam potest fratres ad divisionem vocare per iudicium familia erigendæ, vel communi dividendo, & iudex ex officio suo tenetur dividere secundum quod sibi videtur æquum considerata rerum qualitate, ut habetur in istis de offic. iudic. quasi per totum, & in l. Ad officium, C. comm. divid. vel forte secundum eum iudex possit hoconus dividendi injungere et qui habet majorem notitiam rerum, sicut fecit hic Concilium.

Sed pro opinione Canonistarum urget auctoritas Augustini relati à Bald. in d. l. Si major, num. 1. qui lib. 16. de Civitate Dei, cap. 20. primò commemorat divisionem Abrahamæ, & Loth, cujus in hunc modum sit mentio Genes. cap. 13. num. 8. ac deinde sic ait: Hinc fortassis effectus est inter homines pacifica consuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum est major dividat, minor eligit. Hæc Augustinus. Undè cum hanc dividendi consuetudinem originè deduxerit ex divisione Abrahamæ, & Loth, & sic ejus dictam fulciatur auctoritate veteris testamenti, prævalet dictis aliorum omnium, ut est gloss. reputata singularis in cap. De libellis, in ver. Illorum, 20. dist. quam ad hoc ponderat Jas. in d. l. 1. num. 39. vers. In contrarium dicens, durum esse ad illum respondere, & ante eum Joan. de Anan. in d. cap. Qualiter, & quando, num. 4. ubi etiam advertit Legistas non rectè respondere ad hanc Decretalem, dum dicunt eam loqui dispensativè, vel in casu speciali, favore fidei. Quia ratio hujus text. æquè militat in aliis divisionibus, sicut in ista que fit inter Coepiscopos. Subdit tamen per Italiam extare statuta disponentia super hujusmodi divisione faciendâ, vel saltem esse quasi generalem consuetudinem. In casu statuti consulit Ludovicus Rom. d. conf. 471.

vocare quem maluerit Catholicum Antistitem. Quin imò et si Episcopi facultatem habeant ordinandi Clericos nullius Diocesis ex d. e. 10. sess. 2. tamen ipsos ordinare non possunt in eisdem locis nullius Diocesis, sed in sua Diocesi duntaxat, ut similiter declaravit S. Congregatio, nisi de ordinarij loci expressa licentia ad prescriptum, c. 5. sess. 6. Verùm facultas, quam habent illor in sua Diocesi ordinandi, eisque dimissorias concedendi, vendicat sibi locum etiam quoad Clericos illorum locorum, in quibus Capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent, aut in quibus inferiores Prælati exercent Episcopalem & tempora-

lem jurisdictionem in Parochos & Parochianos. Quandoquidem exceptio, que habetur in d. cap. 11. in vers. Excepto sess. 25. de regular. sit tantum à jurisdictione, visitatione & correctione Episcopi. Unde extendi non potest ad ea que sub regula non comprehenduntur, cap. Aqua de consec. Eccles. vel Altar. ac pròinde salva manet autoritas conferendi Ordines & concedendi dimissorias personis nullius Diocesis Episcopo attributa in d. e. 10. sess. 23. eique non adempta in d. vers. Episcopo, ut pariter Sacra Congregatio respondit.



DE PAROCHIIS ET ALIENIS PAROCHIANIS.

Celestinus III.

CAPUT V.

Significavit nobis Aconen. Episcopus, quòd cum post recuperationem Aconen. civitatis ad habitandum in ea, se quam plurimi contulissent, qui ante generalem occupationem terræ sanctæ, in aliis civitatibus regni Jerosolimitani elegerant mansionem: & infra. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus prædictorum locorum Prælatos, ut sibi nullam in prædictos Aconen. habitatores jurisdictionem usurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, distinctione, qua convenit, compellatis, ita quòd si de agris in eorum Parochia constitutis, fructus percipiunt, & in ultramarinis partibus ratione prædiorum decimæ persolvunt, deinceps eis ipsas cum integritate persolvant, dicto verò Aconen. tanquam Diocesano suo cogantur de cæteris respondere.

SUMMARIUM.

- 1 Parochianus si domicilium transfert, primus Prælati in eo Parochialis jura non vendicat.
- 2 Laicus potest de uno in alium Episcopatum transferre domicilium, etiam non habita prioris Episcopi licentia & num. seqq.
- 3 Domicilii constitutio sicuti est voluntaria, ita & illius extinctio vel mutatio.
- 4 Clericus non potest ex una ad aliam Ecclesiam vel civitatem transire sine litteris Episcopi proprii.
- 5 Laicus potest liberè domicilium transferre tam quoad temporalia, quàm quoad spiritualia.
- 6 Non tamen potest ex contemptu proprium Parochum demittere sine translatione domicilii.
- 7 Parochianus aliò se transferens non ex tota, priusquam recipiatur ad Ecclesiastica Sacramenta probari debet & passim expellari.
- 8 Domicilii translatione quis subtrahitur jurisdictioni prioris Episcopi.
- 9 Jurisdictio Episcopi expirat eo ipso quòd incolæ indè discedit.
- 10 Et transfunditur in Episcopum loci, quo transfatum est domicilium.
- 11 Domicilium transfrens ex loco originis non eximitur à jurisdictione naturali Domini, nec quoad spiritualia, nec quoad temporalia.
- 12 Ordinarij quis potest ad Episcopum originis, licet aliò domicilium habeat.
- 13 Civilitatem ratione originis non potest quis sola voluntate à se abdicare.
- 14 Incolæ est adstrictus muneribus tum loci domicilii, tum loci originis.
- 15 Decimæ personales solvi debent Ecclesiæ, ubi quis habet

- domicilium, prædiales verò ubi prædia sua sunt.
- 16 Nisi ex consuetudine alteri Ecclesiæ debeantur.
- 17 Consuetudine induci non potest, ut decimæ nulli Ecclesiæ sint solvenda.
- 18 Domicilium ad effectum recipiendi Ecclesiastica Sacramenta ubi quis dicitur habere, ubi habitat & n. 27. 31. & num. seqq.
- 19 Matrimonium contractum coram Parocho loci, ubi mulier jussu Principis ad quatuor menses relegata fuerat, post quartum habitationis mensem an valeat & num. seqq. usque ad num. 40.
- 20 Habitatio qualis requiritur ad hoc ut quis dici possit alicujus Ecclesiæ Parochianus, latè discutitur usque ad num. 40.
- 21 Parochianus ut quis efficiatur, requiritur animus perpetuò habitandi.
- 22 Contrarium num. 27. & 34.
- 23 Parochianus non efficitur qui propter bellum vel pestem fugit ad civitatem ubi manet cum familia.
- 24 Contrarium, num. 29. & 32.
- 25 Declaratur, num. 34.
- 26 Habitatio saltem annalis requiritur ad jus Parochia acquirendum.
- 27 Contrarium, num. 27.
- 28 Scholares & incolæ, ac mercenarij debent confiteri Sacramenta Parochia, quam incolant & num. 31.
- 29 Matrimonium rari contractum an sit nullum, si contrahentes rari esse non solebant per majorem anni partem & num. 36. & seqq.
- 30 Habitatio longior an requiratur ad recipiendâ Sacramenta voluntaria, quàm ad necessaria & n. 23. & 33.
- 31 Parochianus Ecclesiæ quis efficitur ex sola habitatione &

- 32 præsentem animò non sit ubi ad ruralia exercenda vel ex alia brevi causa & n. 31.
- 33 Parochianus plurium Ecclesiarum quis eodem anno efficit potest.
- 34 Fugiens propter bellum vel pestem de uno in aliam Parochiam animò redeundi ad primam, bello cessante, censetur Parochianus secunda, & n. 32.
- 35 Declaratur, num. 34.
- 36 Intellectus hujus Capituli.
- 37 Sacerdotes proprius dicitur is in cuius Parochia quis habitat de præsentibus & n. seqq. usque ad n. 40.
- 38 Perigrinus in casu necessitatis potest recipere Sacramenta in Parochia ad quem dierit.
- 39 Parochus proprius is est ad Matrimonium contrahendum, qui ad confessiones audiendas.
- 40 Bellum verisimiliter non duraturum, non est justa causa percipiendi Sacramenta in aliena Parochia.
- 41 Relegatus in eo loco in quem relegatus est interim necessarium domicilium habet.
- 42 Parochus proprius quoad Matrimonium contrahendum is dicitur in cuius Parochia contractus habitant tenore contractus & n. seqq. usque ad num. 40.
- 43 Matrimonium scholaris, qui Parochi quinque vel sex menses moratus, timens impedimentum à parentibus ubi dicit mulierem plebeiam coram Parocho loci & testibus, validum declaratur.
- 44 Idem de Matrimonio alterius qui ob eandem causam se in Angliam contulit ibique aliquantisper moratus contraxit cum meretrici.
- 45 Idem responsum de Matrimonio Trajectensium, qui Aquisgranam se contulerant, si ubi spatio saltem unius mensis morati fuerint.
- 46 Domicilium an transferatur eo ipso, quòd quis aliò se confert ad habitandum, an verò ad hoc sit aliquod tem-

- poris à jure præsumtum & n. seqq. usque in finem.
- 47 Domicilium de jure civili non constituitur, nisi per habitationem decem annorum.
- 48 Contrarium, num. 44.
- 49 Declaratur, num. 52.
- 50 Habitator simplex non censetur in loco domicilium constituitur, nisi per decennium habitaverit.
- 51 Declaratur, num. 57.
- 52 Incola non censetur, nisi qui in loco moratus fuit per decennium.
- 53 Contrarium num. 44.
- 54 Domicilium non constituitur sine animo perpetuo habitandi.
- 55 Impubes qui diu pene nutricem vel torem steterit non dicitur ubi domicilium contraxisse.
- 56 Domicilium constituitur animò & facto simul, nec sufficit unum sine altero.
- 57 Animus verò ex conjecturis deprehenditur.
- 58 Et que sint ejusmodi conjectura & n. seqq.
- 59 Domicilium constituitur potest etiam minoris ætatis quàm decem annorum, si alia concurrant indicia.
- 60 Domicilium sufficienter demonstratur per habitationem decennalem.
- 61 Abiens per decennium presumitur habuisse animam non revertendi.
- 62 Intellectus, l. 1. cod. de Incol. lib. 10.
- 63 Scholares non contrahunt domicilium ubi studiorum causâ morantur, nisi transacto decennio, & cur.
- 64 Idem in Mercatore & lectore publico.
- 65 Domicilium censetur quis immediatè constituitur in loco ad quem se transfuit cum familia & fortuitis, si hic possessiones emerit aut animum suum declaraverit & n. 56.
- 66 Alioquin tempus erit arbitrarium.
- 67 Domicilium, cessantibus aliis conjecturis, non constituitur per simplicem habitationem; nisi sit decennalis.

Significavit. Si Parochianus domicilium transfert, primus Prælati in eo Parochialis jura non vendicat. Decimæ tamen prædiorum suæ Parochie ubi debentur. Hoc dicit Communis divisio. Secunda hæc. Fraternitati.

Nota primò esse in potestate laici de uno in alium Episcopatum transferre domicilium, etiam non habita prioris Episcopi licentia, ut hic patet; & tenent Host. n. 4. Antoa. de Rur. in l. 1. not. & n. 3. in primo opposito, Card. & Anchar. ambo n. 2. & Abb. in l. 1. not. Ratio est, quia sicut voluntaria est domicilii constitutio; ita & illius extinctio vel mutatio, ut in regula Nihil tam naturale. ff. de reg. Jur. prout enim unumquodque producit, sic resolvit c. 1. cod. tit. de lege 1. cod. quan. lic. ab emp. & resed. Decem tamen est secundum Hostiensem, ut certificetur & requiratur super hoc primus Jurex, arg. c. Cum Apostolica, infra de sponsal. c. Cum inhibitis de clandest. despons. c. Fraternitati, supra de Cleric. non resid. & c. Significasti de foro compet. cum aliis per eum allegatis.

Et hinc colligitur differentia inter Clericum & laicum; nam Clericus non potest ad aliam Ecclesiam vel Diocesim transire, neque ab alieno est recipiendus sine litteris dimissorias seu formis Episcopi proprii, c. 1. & per totum 71. dist. c. Clericum & c. Placuit 21. q. 2. c. 1. & 2. de Cler. perigrin. Quòd si locum inconstituto Episcopo deseruerit, et Sacrorum exercitum interdicitur ut in Decreto Concilii Tridentini c. 16. sess. 23.

At verò Laicus potest liberè se transferre non tantum quoad temporalia, ut lege Domitilium & lege Incolæ, la secunda, ff. ad municip. sed etiam quoad spiritualia, ut hic est casus, nisi ex contemptu proprium Sacerdotem dimittat absque domicilii translatione. In quo casu loquuntur textus in c. ut Domicilii supra eodem.

Et quidem si ex toto domicilium transfulerit secundum Host. n. 4. indistinctè potest recipi ut hic, quòdam sine litteris proprii Episcopi quantum ad Sacramenta Ecclesiastica non est recipiendus. Addit etiam Host. in hac translatione cautelam esse adhibendam ne quis in fraudem se transferat, ut hic disponat aliquam & dicat se reliquisse primum domicilium & omnino translatur ut hoc valeat obtinere. Undè putat talem priusquam omnino recipiatur, probandum esse & aliquantulum expectandum. Quibus verbis Hostienfis videtur in ea fuisse sententia, ut necessaria sit translatio domicilii nec sufficit simplex habitatio ad hoc ut quis sine licentia Episcopi proprii recipi possit ad Ecclesiastica Sacramenta; & in specie ad Sacramentum Matrimonii. Sed contraria opinio est veteri & magis communiter tenetur, ut dicam infra n. 27.

Secundò nota ex hac Decretali, duos præcipuos effectus translationis domicilii. Primus est, quia per hujusmodi translationem quis subtrahitur jurisdictioni prioris Episcopi, c. Proposisti supra de foro compet. c. Ecclesiæ, §. Quia ergò 13. q. 1. glossa 1. hic & Abb. Artig. in princ. atque ita jurisdictione quam quis habet in Incolæ & advenas ratioe

domicilii, expirat eo ipso quòd incolæ indè discedit, adeò ut in talem recedentem non possit potest jurisdictionem exercere, ut hic per Anchar. Abb. & Joan. de Anan. omnes in 2. notab.

Secundus effectus est, quia jurisdictione Episcopalis transfunditur in Episcopum loci ubi constitutum est domicilium; ita ut sicut Dominus temporalis acquirit jurisdictionem in Incolam, ut in dicta lege Incolæ, ff. ad municip. & in lege si patria, cod. de Incol. lib. 10. ita & Dominus spiritualis, ut hic & in c. Cum nullus, de temp. Ordin. lib. 6. secundum Host. n. 1. in verbo jurisdictionem; & Abbatem num. 4.

Adverte tamen, quia primus effectus abdicacionis jurisdictionis à primo Episcopo vendicat ubi locum, si is qui domicilium transfuit non erat hic quondam oriundus, ut in casu hujus Decretalis. Nam hi non erant oriundi ex Regno Hierosolimitano, sed elegerant hic mansionem. Undè cum non essent subjeti hi Prælati, nisi ratione domicilii; ipso translato in nihil remanserunt subjeti, cum potius cessaverit causa subjectionis ut in dicta lege Incolæ Et bene advertit Abbas hic n. 6. At secus est in subiecto ratione originis, quia etiam aliò domicilium transferat, non tamen originis, quia etiam aliò domicilium transferat, nec quoad spiritualia nec quoad temporalia. De spiritualibus est textus in d. c. Cum nullus, ubi patet Episcopum posse Ordines conferre oriundo ex sua Diocesi, licet ubi domicilium habeat. Quòd si ordinare potest, ergò & iudicare, c. Nullus & hic glossa in. supra eodem, ut notat Bart. in lege Assumptio, ff. ad munic. de quo dic. ut plene notatur per Doctores; maxime per Bart. & Abbatem; & latius per Marian. Socin. in c. fin. supra de foro compet. Nam Civilitatem ratione originis, non potest quis sola voluntate à se abdicare; cum naturalia sint immutabilia, ut legitur in dicta lege Assumptio & in lege Origine, cod. de munic. & origine lib. 10. Item remanet hic subiectus quoad onera personalia. Ideoque si extrahatur ad aliquod munus in loco originis, tenebitur illud subire, licet habeat aliò domicilium; quoniam incolæ est adstrictus muneribus & oneribus, tum loci domicilii; tum loci originis, ut in dicta lege Incolæ; & notat Bartolus in dicta lege Assumptio & Abbas hic numero sexto.

Tertiò nota decimas personales esse persolvendas Ecclesiæ loci ubi quis habet domicilium & recipit spiritualia, ut hic in fine & in c. Quasi. 16. q. 1. Prædiales verò debentur Parochie ubi sita sunt prædia, ut hic in vers. & in ultramarinis & in cap. Quoniam, infra de decim. & hic tenet glossa in verbo Prædiorum, Hostienfis numero festimo & octavo, Butrius numero secundo in secundo notab. Card. num. 5. in 3. quæst. & Abb. in ult. notab. Nisi obicit contraria consuetudo, id est, nisi ex consuetudine decimæ alteri Ecclesiæ debeantur. Ita enim intelligunt Doctores hanc Decretalem, ut per Hostien. num. 7. in vers. In ultramarinis la

in eo constituit inferiorem Prælatum cum jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & populum excludo Episcopo, per hoc enim inferior constituitur in statu nullius Diocesis, ut amadverit S. Congreg. in causa jurisdictionis inter Archiepiscopum Urbani, & Commendatarium Abbatie Caltri Durantis, per doctrinam glof. in Clem. 1. in ver. *Diocesanis*, in fin. de vita & honestate Cleric. Et quidem si hujusmodi territorii dimembratio fit ab aliqua parte extrema Diocesis, territorium sic dimembratum remanet similiter extra fines, ut contingit in dicta Abbatia Caltri Durantis, quæ à Bonif. IX. dimembrata fuit ab extrema parte Diocesis Urbani. & remanet inter eam, & Diocesium Ferretanam in statu nullius Diocesis, ut in eadem causa S. Congr. declaravit. Sin autem dimembratio fiat ab interiori Diocesis parte, tunc locus sic dimembratus remanet inter illius Diocesis fines, à qua ex privilegio Apoftolico est dimembratus. Ut de Abb. S. Joann. in Veneri decidit Rota in causa Theatina jurisdictionis, decis. 405. part. 1. recent.

Præteritione similiter acquirit potestatem nullius Diocesis, si inferior Prælatus in certa Diocesis parte tanquam in proprio territorio supra hominum memoriam exerceat omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & populum privative ad Episcopum, c. *Auditus*, de præfer. Archid. in c. *Cam Episcopos*, col. 1. in ver. *Per alium*, & ibi etiam Joan. Andr. de offic. Ordin. lib. 6. Bald. de præfer. part. 4. q. 11. col. 1. in fin. n. 1. in fin. n. 7. vers. *Quod procedit*. Et quamvis Hostiens. in d. c. *Cum contingat*, n. 1. de foro comp. teneat de jure communi Prælatum inferiorem non posse diu habere territorium, nec consuetudinem, hoc posse operari ut in eadem civitate, vel Diocesi sint in solidum duo capita quasi monitrum, licet aliqui Abbates hoc habeant ex privilegio Pape, qui solus potest hoc concedere, & Butr. ibid. dicat non esse possibile, ut inferior sibi quarat territorium ut separatim ab Episcopo, ita ut faciat caput in eadem civitate, seu Diocesi, sed si velit querere quasi sub Episcopo, ut Episcopus habeat universalem jurisdictionem, solum habitu, & inferior habeat quasi sub eo, licet exercitio excludatur Episcopus, hoc esse possibile, sicut contingit in exemplis; & hæc opinio placeat ibi Abb. n. 18. tamen primam opinionem Archid. tenet. Collect. in eod. c. *Cum contingat*, n. 1. vers. *Sed quid si Ordinarius*, eamque veterem esse ostendit ibi Petr. de Anchar. n. 9. vers. *Ego dico*, nec ratio prædicta monstratur, & impossibilitas videtur hoc casu habere locum, quia cum totum jus Episcopale, excludo Episcopo in aliqua parte Diocesis sit præscriptibile, ut est textus in d. c. *Auditus*, de præfer. ubi Abbas sibi contrarius dicit hoc singulare dictum alibi non ita bene probari, & reprehendit opinionem Host. in d. c. *Cum contingat*, de foro comp. utriusque per hujusmodi jurisdictionis exercitium Prælatus inferior sibi querit proprium territorium secundum glof. in Clem. 1. §. *Volamus* in ver. *Diocesanis*, de foro comp. quam ibi sequuntur Card. in 4. q. n. 2. Imol. n. 38. Vitalin. n. 4. & Abb. n. 15. Gemin. post. Joan. de S. Gregorio in c. 2. col. 8. vers. *Quæro an inferiores Prælati habeant territorium*, de Constitut. lib. 6. & sic inferior per hoc constituitur in statu nullius Diocesis, ita ut nec in Diocesi, nec de Diocesi Episcopi esse dicatur, ut dixit Rot. decis. 207. n. 2. part. 2. divers. Unde cum sit omnino extra Diocesium Episcopi, cessat absurdum, quod in eadem civitate, vel Diocesi sint duo Capita quasi monitrum, etenim solus inferior est caput in suo territorio; cujus respectu Diocesanus appellatur secundum glof. & DD. proxime citatos, & Abbas in c. *Sicut ante*, de excess. Prælator. & in Clem. *Diocesanus*, de vita & honestate Clericor. ubi concilians glof. ibi, & in d. Clem. 1. que opposita videbantur, ostendit appellatiōne Diocesanorum etiam in materia nova, & præjudiciali venire inferiores Prælatos habentes Episcopalem jurisdictionem exclusivè Episcopis. Quamobrem retenta opinione Archid. & Joan. Andr. Territorium sic præscriptum remanet extra, vel intra fines, prout in externa, vel interna parte Diocesis jura Episcopalia inferior Prælatus exerceat, juxta distinctionem, quam superius proposui in dimembratiōne, que fit privilegio Apoftolico, n. 21.

Quibus præmissis, pro responsione ad dubium sic distinguere. Aut locus nullius Diocesis est omnino extra cujusque Diocesis fines, sive origine, sive privilegio, sive præscriptione. Aut est intra limites alicujus Diocesis. Primo casu facultas ordinandi Clericos, visitandi, ac dimissiones concedendi spectat ad viciniorum Episcopum, & in his terminis procedit Decretum d. c. 9. §. 24.

Ratio est, quia eadem loca præsumuntur fuisse de jurisdictione illius civitatis, cujus territorio magis adjacent, arg. §. *Insula*, in sit. de rer. divis. §. c. *Cum olim*, in ver. *Adjacentibus*, ubi id notat Bald. num. 1. supra de præscript. Cravett. conf. 449. num. 5. & quamvis hæc ratio cesset in his locis, que origine nunquam fuerunt in Diocesi alicujus Episcopi; tamen in dubio omnia præsumuntur dimembrata à Diocesi propinquiori, sicut mare attribuitur vicino territo-

rio, glof. in c. *Ubi periculum*, §. *Porro*, in ver. *Territorio*, de elect. lib. 6. Anchar. in c. 2. sub. num. 10. vers. *Et addo*, de Constit. eod. lib. quod dicit notari pro delicto ibi commisso, & tamen etiam probatur originalis existentia extra fines; tamen S. Sinodus etiam eo casu censeri debet voluisse attribuire proximiori Episcopo prædictam facultatem. Nam cum inferior Prælatus indistinctè jus non habeat conferendi Ordines sacros, Concil. Trident. sess. 23. de Sacram. Ordin. Can. 7. & quoad minores, & dimissiones respectu subditorum secularium illis ademptum fuerit Decretis dicit. cap. 10. §. 23. de reform. operæ pretium fuit deputare aliquem Episcopum, qui prædicta exerceat & loca ipsa, eorumque personas visitaret, nullus autem aptus deputari potuit, quam proximior Episcopus. Proximitas autem non est sumenda à Diocesi, sed ab Ecclesia Cathedrali, ut clarè patet ex d. c. 9. §. 24. hic ab Episcopo, cujus Cathedralis Ecclesia est proximior, & aliam censuit Sacra Congregatio.

Secundo autem casu, id est cum locus nullus est infra fines alicujus Diocesis, facultas visitandi, ordinandi, & concedendi dimissiones non spectat ad viciniorum Episcopum sed ad eum, intra cujus Diocesis fines idem locus constituit, & in his terminis habet locum cap. 10. §. 23. ut patet ex illis verbis, *intra fines alicujus Diocesis fines constituit*. Facit optime quod notat Anchar. in cap. *Quoniam* num. 4. in fra de decim. ubi ait, *palea, paludes & montana intra fines territorii alicujus civitatis existentia censeri illius civitatis; quia in fundis intra territorium habet fundatam intentionem suam de jure communi, allegat cap. Dudum, de decim. & quod notat Innoc. in cap. Nimis, de jurjur. Quamobrem fuit rationi consonum, ut à Concilio restitueretur Diocesana facultas, que illi per dimembratiōnem territorii adempta fuerat, arg. cap. *Ab exordio*, & quod ibi notat glof. in ver. 27. ad A. 25. dist. Quin imò probata existentia intra limites, consuevit dari mandatum de manutendo Episcopo in quasi possessione omnimode jurisdictionis Episcopalis, ob jura communis assistentiam, l. *Cum Episcopus*, de offic. Ordinur. lib. 6. Rota decis. 382. part. 2. recent. quamdè Prælatus inferior non probaverit se esse in statu nullius Diocesis, vel utramque jurisdictionem in Parochos, & Parochianos exercere juxta terminos cap. 11. §. 25. de Regular. per tres sententias conformes, vel unam, que in rem judicatam transierit, ut respondit S. Congreg. Conc. à bon. memoria. Ulpio Archiepiscopo Theatino consulta contra Commendatarium prædictæ Abbatie S. Joannis in Veneri.*

Quo loco præmittendum non est decisionem S. Congregationis, qua fuit concessa manutentio Archiepiscopo statim post probatam existentiam, utcumque generalem & indistinctam; tamen editum fuisse eo casu, in quo Commendatarium nullum privilegium, exhibitum, quod saltem præberet justam causam præscribendi, sed sola notatur præscriptio, ut liquet ex Scripturis utriusque exhibitis, sed aliter decidendum fuisse, si titulum coloratum Commendatarium exhibuisset, ac de possessione fidei fecisset, ut aperte statuitur in c. *Cum persone*, de privileg. lib. 6. arque illic omnes notant.

Porro facultas, quam habent Episcopi visitandi loca nullius Diocesis juxta propositam distinctionem extenditur, ut habet locum non solum in his, que curam animarum, & Sacramentorum administrationem concernunt, si Ecclesie sit curata, secundum d. cap. 11. §. 25. de Regular. sed etiam in illis extra dictam curam, & Sacramentorum administrationem.

Censuit enim S. Congregatio in causa Cassinens. S. Justina de Padua Episcopum loca nullius Diocesis visitantem ad plenariam visitationem esse admittendum, idque posse etiam per Vicarium Generalem, sed opus esse specialiter in scriptis facultate, de eaque fidei faciendam esse.

Rursum extenditur, ut Episcopi possint visitare etiam illas Ecclesias nullius Diocesis, que subiant aliorum Prælatorum visitationibus, neque enim improbat, quin imò admittitur à Concilio, ut una Ecclesia à pluribus visitetur, ut patet in cap. 3. §. 24. quin imò Ecclesiam secularem dependentem à Monasterio Pomposianæ, que sita est in territorio Abbatie Caltri Durantis, S. Congreg. censuit posse visitari per Abbatem dicti Monasterii, à quo dependet, per Commendatarium Abbatie Caltri Durantis tanquam viciniorum, & per Archiepiscopum Urbanensem tanquam viciniorum; licet æquum putavit, ut Archiepiscopus abstinere à visitatione, ne illa Ecclesia tot visitationibus gravaretur.

Recipit tamen facultas, quam habent Episcopi visitandi loca nullius Diocesis, declarationes infrascriptas.

Primo enim possunt hujusmodi loca visitare tanquam Sedes Apoftolice delegati duntaxat, juxta cap. 9. §. 24. Idque expressè ab eis declarandum, ut censuit S. Congregatio in eadem causa Cassinensi.

Secundo possunt quidem visitare Castro & loca nullius Diocesis, atque illorum Ecclesias seculares, sed non Ecclesias regulares, sive in eis vigeat regularis observantia, sive non

non, quia Decretum Concilii sub Paulo III. quod tribuit facultatem Ordinariis visitandi Ecclesias quomodolibet occupatas in cap. 8. §. 7. S. Congregatio censuit vendicare sibi locum in Ecclesiis secularibus duntaxat, non autem regularibus, & regulares censeri etiam Monasterio unitas, vel ab eo dependentes, si eis à regularibus deserviant. Et quamvis decretum cap. 8. §. 12. postea editum sub Pio IV. concedat Episcopis tanquam Sedes Apoftolice delegatis jus visitandi Monasteria commendata, in quibus non vigeat regularis observantia, si ordinum suorum capitibus non sub-

34 ab eo dependentes, si eis à regularibus deserviant. Et quamvis decretum cap. 8. §. 12. postea editum sub Pio IV. concedat Episcopis tanquam Sedes Apoftolice delegatis jus visitandi Monasteria commendata, in quibus non vigeat regularis observantia, si ordinum suorum capitibus non sub-

35 sunt, juxta cap. 20. §. 25. de Regular. tamen decretum dicit. cap. 8. sicut & præcedens habet locum in Monasteriis exemptis duntaxat, ut patet ex illis verbis, *Qualitercumque commendata etiam exempta*. Unde non habet locum in Monasteriis, ac benedictis nullius Diocesis, que exempta dici non possunt, Rota decis. 207. num. 2. par. 2. divers. & Joan. Andr. supra cit. in addit. ad Special. tit. de privileg. vers. *Et sciendum*. Ideoque Concilium in cap. 9. §. 24. que statuta fuerunt sub Paulo III. & Pio IV. de visitatione Ecclesiarum exemptarum, nempe in d. c. 8. §. 7. & c. 8. §. 21. extendendo ad Ecclesias nullius Diocesis restringit se ad Ecclesias seculares tantum, ut patet in illis verbis:

36 eadem in illis Ecclesiis secularibus observentur, que in nullius Diocesi esse dicuntur. Itaque propterea quoad Ecclesias regulares in his locis nulla Episcopi per Concilium sit attributa facultas, nisi in cap. 18. vers. *Et quia ad Collegii fabricam* §. 23. Quæ declaratio habet locum, etiam Ecclesie regulares essent curate. Nam Episcopo nihilominus non liceret eas visitare etiam in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum administrationem. Ratio est, quia cap. 11. §. 25. de Regular. dat facultatem visitandi Monasteria curata Episcopo, in cuius Diocesi sita sunt, & quidem ordinaria autoritate non delegata & in his tantum, que curam, & administrationem prædictam concernunt. Unde non extenditur ad Ecclesias nullas, que non sunt in Diocesi, nec de Diocesi, ut dixit Rota, dicit. decis. 207. num. 2. par. 2. divers. & que visitari possunt plenaria visitatione & autoritate solum delegata, ut dictum est. Et eodem modo respondeatur ad c. 8. §. 21. quod tribuit Episcopo facultatem visitandi Monasteria, ab beneficia commendata, præsertim si illis, vel eorum annexis cura animarum imminuat, quia hoc Decretum procedit in exemptis, non in iis, que nullius Diocesis esse dicuntur, ut paulò superius probatum est. Ac propterea olim respondit S. Congreg. Archiepiscopo Urbanensi, si sit proximior, posse quidem visitare Ecclesias seculares & personas, sed Abbatiam ipsam Caltri Durantis, que regularis est, licet illi cura animarum incumbat, non posse Archiepiscopum visitare, utcumque personis secularibus commendari consueverit.

37 eadem in illis Ecclesiis secularibus observentur, que in nullius Diocesi esse dicuntur. Itaque propterea quoad Ecclesias regulares in his locis nulla Episcopi per Concilium sit attributa facultas, nisi in cap. 18. vers. *Et quia ad Collegii fabricam* §. 23. Quæ declaratio habet locum, etiam Ecclesie regulares essent curate. Nam Episcopo nihilominus non liceret eas visitare etiam in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum administrationem. Ratio est, quia cap. 11. §. 25. de Regular. dat facultatem visitandi Monasteria curata Episcopo, in cuius Diocesi sita sunt, & quidem ordinaria autoritate non delegata & in his tantum, que curam, & administrationem prædictam concernunt. Unde non extenditur ad Ecclesias nullas, que non sunt in Diocesi, nec de Diocesi, ut dixit Rota, dicit. decis. 207. num. 2. par. 2. divers. & que visitari possunt plenaria visitatione & autoritate solum delegata, ut dictum est. Et eodem modo respondeatur ad c. 8. §. 21. quod tribuit Episcopo facultatem visitandi Monasteria, ab beneficia commendata, præsertim si illis, vel eorum annexis cura animarum imminuat, quia hoc Decretum procedit in exemptis, non in iis, que nullius Diocesis esse dicuntur, ut paulò superius probatum est. Ac propterea olim respondit S. Congreg. Archiepiscopo Urbanensi, si sit proximior, posse quidem visitare Ecclesias seculares & personas, sed Abbatiam ipsam Caltri Durantis, que regularis est, licet illi cura animarum incumbat, non posse Archiepiscopum visitare, utcumque personis secularibus commendari consueverit.

38 eadem in illis Ecclesiis secularibus observentur, que in nullius Diocesi esse dicuntur. Itaque propterea quoad Ecclesias regulares in his locis nulla Episcopi per Concilium sit attributa facultas, nisi in cap. 18. vers. *Et quia ad Collegii fabricam* §. 23. Quæ declaratio habet locum, etiam Ecclesie regulares essent curate. Nam Episcopo nihilominus non liceret eas visitare etiam in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum administrationem. Ratio est, quia cap. 11. §. 25. de Regular. dat facultatem visitandi Monasteria curata Episcopo, in cuius Diocesi sita sunt, & quidem ordinaria autoritate non delegata & in his tantum, que curam, & administrationem prædictam concernunt. Unde non extenditur ad Ecclesias nullas, que non sunt in Diocesi, nec de Diocesi, ut dixit Rota, dicit. decis. 207. num. 2. par. 2. divers. & que visitari possunt plenaria visitatione & autoritate solum delegata, ut dictum est. Et eodem modo respondeatur ad c. 8. §. 21. quod tribuit Episcopo facultatem visitandi Monasteria, ab beneficia commendata, præsertim si illis, vel eorum annexis cura animarum imminuat, quia hoc Decretum procedit in exemptis, non in iis, que nullius Diocesis esse dicuntur, ut paulò superius probatum est. Ac propterea olim respondit S. Congreg. Archiepiscopo Urbanensi, si sit proximior, posse quidem visitare Ecclesias seculares & personas, sed Abbatiam ipsam Caltri Durantis, que regularis est, licet illi cura animarum incumbat, non posse Archiepiscopum visitare, utcumque personis secularibus commendari consueverit.

39 Declaratur tertio, ut non procedat in tribus casibus exceptis in d. cap. 11. §. 25. de Regular. videlicet: Abbatibus Cluniacensis cum suis limitibus: locorum, in quibus Abbates Generales, seu Capita Ordinum sedem Principalem habent, & locorum in quibus idem jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent: nam est decretum in exceptione videtur intelligendum de locis, que sunt in Diocesi, ut exceptio fit de regula; tamen ex majoritate rationis, multo magis procedit in locis que nullius Diocesis esse dicuntur, nam si Episcopus prohibetur visitare, verbi gratia Ecclesiam, ubi Generalis habet sedem ordinariam principalem, licet in sua Diocesi sita sit, ut Ecclesia S. Hippoliti de Faventia, que est sedes ordinaria & principalis Generalis Camaldulensis, S. Congregatio declaravit à longè minus poterit ea visitare, si extra suam Diocesim sita sit. Rursum, est tertius casus exceptus ut fit de regula videtur procedere in Monasteriis, seu domibus regularibus non autem in Caltris à Monasterio separatis, hæc tamen interpretatiōnem sequitur Sac. Congregatio rejecta, ac præsertim in causa visitationis oppidi Geranii nullius Diocesis, quod censuit visitari non posse ab Episcopo S. Marie, cujus Cathedralis Ecclesia proximior est, cum in eo Abbas Cassinensis utramque jurisdictionem exerceat. Ceterum jurisdictionis in iisdem locis, si in sua Diocesi, aut saltem intra sue Diocesis fines sita sint, donec Abbas probaverit per rem judicatam se in illis exercere utramque jurisdictionem, ut similitè respondit Sac. Congregatio consulta ab eodem Archiepiscopo Theatino; adjiciens etiam verbum illum Concilii, *exercent*, esse intelligendum de jurisdictione, que exercetur actu non autem de illa, quam aliquando exercuerit inferior Prælatus, sed nunc non exercet. Nec omittendum est, quod subnectitur in fine, d. cap. 11. videlicet saluum manere illorum Episcoporum jus, qui majorem in prædicta loca, vel personis autoritatem exercent.

40 Declaratur tertio, ut non procedat in tribus casibus exceptis in d. cap. 11. §. 25. de Regular. videlicet: Abbatibus Cluniacensis cum suis limitibus: locorum, in quibus Abbates Generales, seu Capita Ordinum sedem Principalem habent, & locorum in quibus idem jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent: nam est decretum in exceptione videtur intelligendum de locis, que sunt in Diocesi, ut exceptio fit de regula; tamen ex majoritate rationis, multo magis procedit in locis que nullius Diocesis esse dicuntur, nam si Episcopus prohibetur visitare, verbi gratia Ecclesiam, ubi Generalis habet sedem ordinariam principalem, licet in sua Diocesi sita sit, ut Ecclesia S. Hippoliti de Faventia, que est sedes ordinaria & principalis Generalis Camaldulensis, S. Congregatio declaravit à longè minus poterit ea visitare, si extra suam Diocesim sita sit. Rursum, est tertius casus exceptus ut fit de regula videtur procedere in Monasteriis, seu domibus regularibus non autem in Caltris à Monasterio separatis, hæc tamen interpretatiōnem sequitur Sac. Congregatio rejecta, ac præsertim in causa visitationis oppidi Geranii nullius Diocesis, quod censuit visitari non posse ab Episcopo S. Marie, cujus Cathedralis Ecclesia proximior est, cum in eo Abbas Cassinensis utramque jurisdictionem exerceat. Ceterum jurisdictionis in iisdem locis, si in sua Diocesi, aut saltem intra sue Diocesis fines sita sint, donec Abbas probaverit per rem judicatam se in illis exercere utramque jurisdictionem, ut similitè respondit Sac. Congregatio consulta ab eodem Archiepiscopo Theatino; adjiciens etiam verbum illum Concilii, *exercent*, esse intelligendum de jurisdictione, que exercetur actu non autem de illa, quam aliquando exercuerit inferior Prælatus, sed nunc non exercet. Nec omittendum est, quod subnectitur in fine, d. cap. 11. videlicet saluum manere illorum Episcoporum jus, qui majorem in prædicta loca, vel personis autoritatem exercent.

41 Verum hoc loco abs re non erit recensere decretum olim editum à Pio V. tenoris infrascripti, videlicet, die 4. Decembris 1570. Sanctissimus D. N. Pius V. dixit quidquid Fagnan. in III Lib. Decretal.

Concilium videatur disposuisse in cap. 11. §. 25. de regul. excipiendo eas Ecclesias, in quibus Regularibus habent Episcopalem & temporalem jurisdictionem, velle ut in omnibus Ecclesiis Parochialibus in quibus cura animarum etiam laicorum exerceatur, habeant Ordinarii facultatem esse Ecclesias & personas in eisdem curam exercentes visitandi & corrigendi in his duntaxat, que ad dictam curam & Sacramentorum administrationem pertinent & ab hoc Decreto nullus censetur exceptus. Sed quoad hoc Decretum, quod reperitur insertum in libris S. Congregationis semper habitavi an fuerit publicatum necne, in quibus casibus contingentibus nunquam vidi illud observatum fuisse. Quin imò Sac. Congregatio nulla facta mentione hujus Decreti, aut illius ratione habita, quoties accidit casus, declaravit Episcopos nullum jus competere visitandi loca in quibus Abbates exercent utramque jurisdictionem. Absolutum autem videtur decreta hujusmodi ante illorum publicationem non ligare, & in istis, §. *Leges*, ubi glof. & Doctores notant 4. §. 5. Thomas in 1. 2. q. 90. art. 4. ubi docet de essentia legis esse publicationem. Quem refert & sequitur Navarr. conf. 1. vers. *Quintò dico de Causis*. Abb. conf. 35. lib. 1. Dec. in cap. 1. num. 30. de postulat. Prælator. & tradunt communiter Canoniste in proœmio Clem. licet sufficeret publicatio facta Romæ. Cardin. post glof. in d. proœm. Clem. §. *Universitati*, num. 4. Gomel. in proœmio regul. Cancell. quest. 2. num. 13. & seq. observandum est enim hic agi de nova lege contra Concilium edita non autem de aliqua Concilii declaratione qua inest Concilio, & ad illius tempus retrahitur, ac propterea publicari non consuevit, sicut mos est S. Congregationis Concilii in suis declarationibus, ut fuscò adnotavi in cap. fin. de constit. Præterea dubitari potest an hoc Decretum sublatum fuerit per posteriores Constitutiones præsertim Gregorii XII. in tanta editam 23. Martii 1573. qua literæ, & Constitutiones in ea expressè ejusdem Pii V. que Decretis Tridentini Concilii adversantur, reducuntur ad terminos ejusdem Concilii. Sed quatenus esset observandum, non esse tamen extendendum ad loca nullius Diocesis, qualia esse solent loca, in quibus Abbates habent Episcopalem & temporalem jurisdictionem in Clem. Et populum, exclusivè Episcopi, tum quia de cap. 11. §. 25. de Regular. ad cuius derogationem emanavit Decretum Pii V. subiecit personam curam animarum in Monasteriis, seu domibus regularibus exercentes, jurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sita sunt; & ab hac regula excepta loca, in quibus Abbates utramque jurisdictionem exercent. Unde ut exceptio sit de regula ad glof. in rubr. de reg. jur. lib. 6. non potest verificari nisi in locis, que sita sunt in Diocesi Episcopi, atque ita nullo modo videtur posse extendi ad ea, que in nullius Diocesi esse dicuntur. Tum quia Decretum Pii V. vult ut Ordinarii habeant facultatem visitandi Ecclesias, & personas curam animarum dictis in locis exercentes. At Episcopus quoad loca nullius Diocesis nullo modo potest dici ordinarius, nec illi à Concilio in d. cap. 9. §. 24. tribuitur potestas visitandi autoritate ordinaria, sicut tribuitur in d. cap. 11. sed tantum delegata. Postremò in visitatione locorum nullius Diocesis oportet Episcopum continere infra limites visitationis. Nam si progrediretur ad ea que causæ cognitionem atque indaginem iudicalem requirunt atque ita infructu processu causas ordinarias cognoscere, nulliter procederet. Nec obstat, quod Episcopus in visitatione Diocesis sue quamvis causas ordinarias cognoscere non debeat, sed visitationem celeriter absolvere, tamen si cognoscatur, ac decidat processus ac sententia sustineatur & solum detur appellatio ad utrumque effectum suspensivum & dissolutivum, ut alias fuit resolutum. Quandoquidem hoc procedit in visitatione Diocesis Episcopus enim etiam extra visitationem in qualibet sue Diocesis parte ordinariam habet jurisdictionem, c. *Com Episcopus*, de offic. ordin. lib. 6. cum cordan. Unde non mirum si actus ab Episcopo gestus cum non possit sustineri tanquam factus à visitatore, sustineatur eo modo, quo potest valere & sicuti factus à iudice ordinario, ut respondit Roman. conf. 343. num. 9. At quoad loca nullius Diocesis Episcopus aliam non habet jurisdictionem quam visitandi autoritate delegata. Unde si procedat ad causarum cognitionem ordinariam autoritate, nihil agit; cum extra visitationem nulla ei per Concilium sit attributa potestas ut declarat Feder. de Senis conf. 130. in fin. vers. *Processus igitur factus*, quippe manifestè juris est delegatum nulliter procedere quotiescumque fines delegationis egredietur, c. *Cum olim*, il. primo, cap. *Causa Martinonis* & c. P. & G. de offic. delegat.

42 Verum hoc loco abs re non erit recensere decretum olim editum à Pio V. tenoris infrascripti, videlicet, die 4. Decembris 1570. Sanctissimus D. N. Pius V. dixit quidquid Fagnan. in III Lib. Decretal.

Quemadmodum autem jus visitandi, quod habent Episcopi in prædictis locis non extenditur ad alias jurisdictionis species; ita nec facultas, quam habent earundem locorum subditos ordinandi extenditur ad alia, que ordinis sunt Episcopalis ac propterea Sac. Congregatio declaravit pro Sacramento Christianis administrando licere inferiori Prælato co-

43 Verum hoc loco abs re non erit recensere decretum olim editum à Pio V. tenoris infrascripti, videlicet, die 4. Decembris 1570. Sanctissimus D. N. Pius V. dixit quidquid Fagnan. in III Lib. Decretal.

Quemadmodum autem jus visitandi, quod habent Episcopi in prædictis locis non extenditur ad alias jurisdictionis species; ita nec facultas, quam habent earundem locorum subditos ordinandi extenditur ad alia, que ordinis sunt Episcopalis ac propterea Sac. Congregatio declaravit pro Sacramento Christianis administrando licere inferiori Prælato co-

44 Verum hoc loco abs re non erit recensere decretum olim editum à Pio V. tenoris infrascripti, videlicet, die 4. Decembris 1570. Sanctissimus D. N. Pius V. dixit quidquid Fagnan. in III Lib. Decretal.

Quemadmodum autem jus visitandi, quod habent Episcopi in prædictis locis non extenditur ad alias jurisdictionis species; ita nec facultas, quam habent earundem locorum subditos ordinandi extenditur ad alia, que ordinis sunt Episcopalis ac propterea Sac. Congregatio declaravit pro Sacramento Christianis administrando licere inferiori Prælato co-

45 Verum hoc loco abs re non erit recensere decretum olim editum à Pio V. tenoris infrascripti, videlicet, die 4. Decembris 1570. Sanctissimus D. N. Pius V. dixit quidquid Fagnan. in III Lib. Decretal.



DE PAROCHIS ET ALIENIS PAROCHIANIS.

Adrianus Papa.

CAPUT III.

Nullus Episcopus alterius Parochianum judicare presumat, & infra. Nam eum ordinare non potuit, nec judicare potest.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus Parochianum alterius nec ordinare nec judicare potest.
2 Argumentum a potestate ordinis ad potestatem jurisdictionis & e converso validum est.
3 Potestas jurisdictionis est prescriptibilis, potestas ordinis secus.
4 Prelati inferiores habent potestatem jurisdictionis, sed non ordinis.
5 Episcopus ante consecrationem non potest exercere ea que sunt Ordinis, sed tantum ea que sunt jurisdictionis.
6 Episcopus proximior potest personam nullius Diocesis ordinare, sed non judicare.
7 Episcopus ordinans etiam ad primam tonsuram alterius Diocesanum sine Ordinarii licentia est suspensus per annum a collatione Ordinum & num. seq.
8 Ordinatus ab alieno sine licentia proprii est suspensus ipso jure ab executione Ordinum quantum proprii Ordinatio videtur.
9 Episcopus proprius quoad Ordines conferendos dicitur ratione originis, beneficii vel domicilii.
10 Episcopus an & quomodo possit loca nullius Diocesis visitare & illorum subditos ordines conferre, ac dimissorias concedere & n. seq. usque in fin.
11 Episcopus qui potest Ecclesias nullius Diocesis visitare potest etiam illorum subditos ordinare, etique dimissorias concedere.
12 Nullius Diocesis loca origine, privilegio, prescriptione.
13 Urbes & loca quibus Primates presidere debent, ante adventum Christi statuta fuerunt.
14 Episcoporum & majorum Prelatorum institutio.
15 Diocesum divisio.
16 Nullius Diocesis locorum origo.
17 Farsense, ac Sablacenae Monasteria sunt in provincia Romana.
18 Nullius Diocesis loca, privilegia.
19 Cassinense Ecclesie status.
20 Territorium dismembrato cum omnimoda jurisdictione in Clericum & populum exlato Episcopo facti locum nullius Diocesis.
21 Castri Durantis Abbatia nullius Diocesis, ibidem & n. seq.
22 Nullius Diocesis loca aut sunt intra fines alicujus Diocesis, aut extra.
23 Abbatia S. Joannis in Venero est intra fines Theatina Diocesis, ibid.
24 Nullius Diocesis status prescriptio.
25 Episcopus vicinior habet jus visitandi loca nullius Diocesis si sint extra fines. Si vero intra, habet jus visitandi Episcopus, intra cujus Diocesis fines existant & n. 26.
26 Bona presumuntur dismembrata a territorio, cui adjacent.

- 25 Proximitas a Cathedrali, non a Diocesi sumenda est.
26 Episcopus manentem in quasi possessione jurisdictionis in locis, que probaverit esse intra fines sue Diocesis, donec ab inferiori Prelato probetur status nullius Diocesis per rem judicatum vel executionem atrijsque jurisdictionis, num 33.
27 Et quando hoc procedat.
28 Episcopus admittendus est ad plenariam visitationem locorum nullius Diocesis. Et quid in ejus Vicario, ibid.
29 Ecclesia eadem a pluribus visitari potest & n. seq.
30 Episcopi visitantes loca nullius Diocesis debent declarare se id facere ut delegatos Sedis Apostolicæ.
31 Regulares Ecclesie nullius Diocesis non possunt ab Episcopo visitari, & num. 37.
32 Idem in Ecclesiis regularibus exemptis.
33 Regulares Ecclesie commendatae subjuncti visitationi Episcopi si tantum sint exempta.
34 Secus si nullius Diocesis.
35 Ecclesie regulares nullius Diocesis etiam curate non possunt ab Episcopo visitari.
36 Abbatia Castri Durantis, que regularis erat, non poterat visitari ab Archiepiscopo Urbinatensi.
37 Episcopus non potest visitare loca nullius Diocesis in tribus casibus.
38 Ecclesia S. Hippolyti de Faventia est sedes ordinaria Generalis Camaldulensis.
39 Casstrum Cetrarum, in quo Abbas Cassinensis exercit utramque jurisdictionem, non potest ab Episcopo visitari.
40 Pii V. Decretum circa visitationem Ecclesiarum eorum in locis ubi regulares exercent utramque jurisdictionem.
41 Decreta generalia ante publicationem non ligant.
42 Sufficit tamen publicatio facta Romæ.
43 Declarationes S. Congregationis Concilii non publicantur & cur.
44 Decretum Pii V. non extenditur ad loca nullius Diocesis.
45 Episcopus in visitatione locorum nullius Diocesis causas ordinarias cognoscendo nulliter procedit.
46 Secus in visitatione Diocesis. Sed tunc datur appellatio ad utramque effectum.
47 Index delegatus nulliter procedit extra fines delegationis.
48 Prelatus inferior nullius Diocesis potest convocare quum maluerit Catholicum Antistitem pro Sacramento Christum.
49 Episcopus non potest ordinare Clericos nullius Diocesis, nisi in sua Diocesi.
50 Episcopus in Diocesi sua ordinare potest etiam subditos illorum locorum, in quibus Casstra Ordinum sedem principalem habent vel alii inferiores utramque jurisdictionem exercent.

Nullus Episcopus Parochianum alterius nec ordinare, nec judicare potest. Hoc dicit, Breve est, & non dividitur. Nota primò secundum Anton. de Butr. num. 2. ex potestate jurisdictionis licitum esse arguere ad potestatem Ordinis & e converso. Quod in hunc sensum est accipiendum ut ad eum spectet facultas exercendi potestatem jurisdictionis ad quem spectat facultas exercendi potestatem Ordinis. Et hoc intendit hæc littera in ratione illa; nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare potest ex cap. 2. q. 2. in fin.

ibi. Nam qui ordinare non poterit qualiter judicabit? Nulatenus procul dubio judicabit ut judicare poterit. Alias autem non procedit generaliter argumentum a potestate Ordinis ad potestatem jurisdictionis vel e contra, quia in multis differunt. Unde potestas jurisdictionis est prescriptibilis e. Cum conimut. de foro com. c. Auditis de prescript. Potestas vero Ordinis imperprescriptibilis est cap. Quamvis, ubi Innoc. & omnes notant de consuet. Potestas jurisdictionis est ex injunctioe hominis & ideo auferri potest per Ecclesiam. Potestas Ordinis per consecrationem confertur, & ideo est indelebilis, S. Thom. in 2. 2. quæst. 39. art. 3. Potestas jurisdictionis potest restringi & limitari ad certas personas tantum, potestas Ordinis secus ut latissime probavi, in c. 1. sup. de supplen. neglig. Prelat. ubi habet plures differentias inter has potestates. Deinde hoc argumentum procedit tantum in Episcopo, non autem in inferioribus Prelatis, qui habent potestatem judicandi, sed non ordinandi cap. Perlechi, 25. dist. Concilium Tridentinum de Sacrament. Ordinis sess. 23. cap. 4. & Can. 7. secundum gloss. 2. hic Innoc. Anchar. n. 2. & Abbat. num. 4. in 2. gloss. Tu die plenius argum. procedere supposita habilitate tam respectu Superioris ordinantis, quam respectu subditorum ordinandorum. Nam quoad ordinantem non omnis Episcopus, qui potest judicare, potest ordinare, ut patet in Episcopo non consecrato, qui exercere potest ea, que sunt jurisdictionis, non autem ea que sunt Ordinis, cap. Transmissum & cap. Quasvult, de elect. Sicut vice versa non omnis Episcopus, qui potest ordinare, potest judicare, ut patet in Episcopo proximior, qui ex Concilio Tridentino potest ordinare Clericos nullius Diocesis; & tamen non potest in eoi jurisdictionem exercere, excepta visitatione jure delegato, ut patet in sequenti questione; idque videtur sensisse Host. hic n. 1. dum dixit hanc regulam habere locum, dummodo ex parte ordinantis non sit impedimentum a aliis multis tunc qui non possunt ordinare & tamen possunt judicare, ut patet in c. Cum ab Ecclesiis de Offic. Ord. in tit. de Offic. Archid. & Archiep. & in d. c. transmissum de elect. & notat glossa in c. Nullus q. 2. respectu iidem subd. totum non proleat argumentum nisi supposito habilitate e dammodo aliud Canonico non obstat, argum. cap. unci de he. gloria penultima de state & qualitate lib. 6. Multum enim sunt quos Episcopus judicare potest, & tamen ordinare non potest ut mulieres, minores, illicitos, criminosos, irregulares & alios hujusmodi quorum aliqui si de facto ordinantur, nec characterem quidem recipiunt, ut mulier, præter coactus & non baptizatus de quibus Sanctus Thomas in 4. dist. 24. & dist. 25. q. 1. & 2. art. 2. Silvester in verbo ord. 4. n. 1. & in verbo Baptizans 6. n. 3. alii vero recipiunt ordinem, sed non ordinis similibus. Demum a procedit propositum argumentum in Ordinariis; non autem in delegatis qui possunt judicare; & tamen ordinare non possunt, argum. e. super eo de Offic. deleg. & declarat hic Host. & Joan. Andr. in verbo judicare, Butr. n. 4. & Joan. de Anan. n. 2. Secundo nota, Episcopum non posse Parochianum id est Diocesanum alterius ordinare, intelligi sine licentia sui Prelati. Ad hoc enim jure optimo Dioceses fuerunt distinctæ & unicuique grægi proprii attributi Pastores qui suarum queque ovium curam habeant, ut Ecclesiasticus Ordo non confundatur, c. Pervenit 1. 1. q. 1. Concilium Tridentinum c. 9. sess. 14. concordat c. 1. & per totam q. 2. & idem Concilium in c. 8. sess. 23. ubi statuitur ut unusquisque a proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei permittatur, nisi ejus prohibet & mores Ordinarii sui testimonio commendatur. Si secus fiat Ordinarius a collatione Ordinum per annum; & Ordinatus a susceptorum Ordinum executione, quantum proprio Ordinario videbitur, sit suspensus. Hæc ibi; & quoad penam Ordinis concordat c. 2. de tempor. Ordinat. lib. 6. etiam quoad primam tonsuram, ut in c. fin. eod. tit. & lib. 8. quoad penam Ordinarii Concilium Sardinense c. 18. & 19. ut in c. 1. junctâ glossa in 71. dist. & c. Solonitana 63. dist. In qua quidem penam sic ordinatum ipso jure incidere declarat Sacra Congregatio Concilii. Proprius autem Episcopus dicitur ratione originis, beneficii vel domicilii, c. Cum nullus de tempor. Ordinat. lib. 6. quis autem dicatur proprius Episcopus eorum qui nullius Diocesis esse dicuntur in his que sunt Ordinis Episcopalis; & de hujusmodi locorum visitatione dicam latissime in questione sequenti. Quæro igitur an & quando Episcopus possit loca nullius Diocesis visitare & illorum personis Ordines conferre ac Dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere. Cùm jam pridem a Sacra Congregatione Concilii declaratum fuerit Episcopum qui potest Ecclesias nullius Diocesis visitare, posse etiam illorum subditos ordinare etique Litteras dimissorias concedere pro Ordinibus suscipiendis; huic declarationi difficultatem ingerunt duo Concilii Tri-

dentini Decreta que aliud suadere videntur, tempore p. sess. 24. quod tribuit facultatem visitandi loca nullius Diocesis proximiori Episcopo & c. 10. sess. 23. quo facultas ordinandi Clericos nullius Diocesis; etique Dimissorias concedendi tribuitur Episcopo, intra quorum Diocesis fines ea loca sita sunt. Pro solutione difficultatis præmittendum est tribus modis, contingere posse ut aliquis locus sit nullius Diocesis, videlicet origine, privilegio ac prescriptione. Origine, quia non à Urbis & loca quibus Primates presidere debent, non à modernis; sed etiam multis ante Adventum Christi sunt statuta temporibus; quorum Primates etiam Gentiles in foribus in negotiis appellabant, ut legitur in c. 1. 80. dist. tamen ut hic subnecht Lucius Papa: In istis Urbibus post Christi adventum, Apostoli & successores eorum Patriarchas vel Primates posuerunt, ad quos Episcoporum negotia (sicut in omnibus Apostolicæ autoritate) & majores causas post Apostolicam Sedem sunt referenda. Item Clementi Papa ad prob. chist. 1. In illis verbis Civitatibus, inquit, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamini eorum ac prima leges Doctores erant: Episcoporum Primates povi vel Patriarchas Beatus Petrus præcepit; & paulo post: In illis Civitatibus in quibus datus apud prædictos erant Archiepiscopi instituti præcepit; & infra: in singulari verbis reliquis Civitatibus singulis & non binis aut ternis aut plures Episcopos constituit præcepit. Quod refertur in c. In illis 80. dist. Magister sent. in 4. dist. 24. de quadragesimo Ordine Episcoporum, vers. Hæc autem discretio à Gentilibus introducta videtur; & idem d. limitibus Provinciarum habetur in c. 1. 99. dist. & Dionysius Papa non Dioceses divisit; sed Ecclesias singulas singulis attribuit, ut habetur in c. 13. q. 1. acque hic notat glossa in verbo Divisimas. In hac autem Diocesum, & Provinciarum divisione, seu assignatione contigit, ut quædam loca remanserint omnino extra limites cuiusque Diocesis, ut supra. Episcopis assignata, que utcumque concernunt, seu adjacentia uni, aut pluribus Diocesibus, tamen in nullis omnibus appareant inclusa, & hæc ab initio fuerunt Sedi Apostolicæ immediate subiecta, cap. Nulla ratione 93. dist. Abb. in c. Novit. num. 15. & seq. de jud. donec contritus ibi Ecclesie; & idem Monasterium Pontificis Presbiteros, seu Abates deputarunt, qui illis præessent, & jurisdictionem loco Episcoporum in Clerum & populum exercerent, ut c. 1. de verbis. signific. lib. 6. & de his loquitur decretum Conc. Carthig. II. cap. 5. relatum in c. Felix 16. q. 1. dum statuit, ut Dioceses que nunquam Episcopos haberent, non habeant; & illa Diocesis, que aliquando habuit, habeat proprium, licet forte illud decretum sit intelligendum de Diocesibus unitis, prout videtur inducta Gratiano, ut post alios notat ibi Bellam. & de his locis etiam reperio meminisse Joan. Andr. in addit. ad Secul. tit. de privileg. vers. Et sciendum, ubi de Abbate Subiacensi, Farsensi, ac nonnullis aliis post. Host. in c. Cum contingat num. 1. vers. Sans tamen aliqui Abbates, de foro com. ubi de Abb. Cassinensi, quamvis regulariter, ut post Laudon. loquitur Card. in Clem. 2. § Simili n. 4. quæst. 4. de privileg. omnia loca originaliter, & ex natura sua sunt de Diocesi quantum ad ea, que sunt exercitii gladii seu jurisdictionis Ecclesie, seu temporalis, licet accidentaliter per exemptionem, seu privilegia quoad quid non simpliciter subiecta sint & hæc quidem loca, que origine omnino sunt extra fines, ut ibi scribit Joan. Andr. nullo modo possunt dici exempta, quia exemptio supponit subjectionem, que non est in illis, que nunquam fuerunt subiecta; licet subd. hunc statum sine privilegii parum prodesse, quibus verbis aperte inquit se loqui de locis, que origine sunt extra fines, cum supponat ea nunquam fuisse subiecta, quod est secundum terminos dicti Concilii Carthaginensis; & eorum statum esse posse etiam sine privilegii, quod non potest contingere in locis, que originaliter remanserunt extra fines cuiusque Diocesis. Imò paulo post Joan. Andr. sentit fieri posse, ut eadem loca sint etiam extra fines Provinciarum, dum ait, Fatetur etiam quod posset tale Monasterium sic esse extra territorium Archiepiscoporum, sicut Episcoporum, quando eadem sunt confinia Archiepiscoporum, & Episcoporum viciniorum, & locus ille utriusque est intermedius, quamvis adiaciat Monasterium Subiacense & Pertense esse in Provincia Romana. Privilegio vero fieri potest locus nullius Diocesis duobus modis Primò scilicet per suppressionem Episcopatus, ut contigit in Ecclesia Cassinensi, que cum olim nullius Diocesis existeret, ut per Host. loc. cit. tamen postea effecta est Episcopalis, ut refert Joan. Andr. in d. cap. Cum contingat nu. 2. vers. Cassin. hodie, de foro com. & postea rursus redacta est ad statum nullius Diocesis: nam presentiosum Abbatem asserentis eandem Ecclesiam adhuc esse Episcopalem vel in propria Diocesi, S. Congreg. Conc. non admittit. Deinde per territorii dismembrationem, quando scilicet Sedes Apostolica separat certum territorium ab aliqua Diocesi, atque

hoc enim statum consuetudini, ut in c. fin. supra de pact. & in cap. Ad Apostolica, infra tit. proximo, Scraphin. decis. 908. num. 5. At verò, ut decima alicuius Ecclesie non fiat solvenda nulla consuetudine induci potest, ut hic determinat Innoc. num. 1. in verb. Perfoliantur, cui subscribitur Hostian. num. 7. in verb. Ratione predictorum, & in verb. Perfoliantur, Petr. de Sampone, & Abb. Antiq. num. 2. in verb. Ratione, Joan. Andr. num. 5. in verb. Perfoliantur, DD. in cap. Aliquis, infra tit. proximo, & est communis opinio, ut hic testatur Abb. in ultim. notab. num. 5.

18 Ultimo nota ex illis verbis, ad habitandum in ea se quam plurimi contulissent, ad hoc, ut qui efficiatur Parochianus, & recipiatur ad Ecclesiastica Sacramenta non requiritur formalem translationem domicilii, sed sufficere simplicem habitationem de presenti. Nam ad hunc effectum hic quis dicitur habere domicilium, ubi habitat, ut dicit gloss. 1. hic per textum in lege Municeps, paragrapho Miles, ff. ad municipal. ubi dicitur Miles hic domicilium habere videtur ubi meret (id est ubi militat) etiam si nihil in patria possideat, aliis legitur, ubi inheret, secundum Hostian. & Joan. Andr. in prima glossa: vel ubi moratur, hic est adnotatum in margine; & omnes istae lectiones inuicem sufficere habitationem. Et ita per hanc Decretalem firmat Federic. de Sen. consil. 254. ut latius dicam infra num. 27. & 28. Et secundum hanc opinionem hodie cum ex Decreto Conc. Trident. cap. 1. sess. 24. de reformat. Matrimon. non aliter contrahi possit Matrimonium, quam presente Parocho, &c. validum esset Matrimonium contractum coram Parocho habitantis. De quo tamen articulo dic plenius, ut in quaestione seq.

19 Postquam quod mulier ex civitate, in qua habitabat, ad scandalum submovenda ad oppidum suae Diocesis iussu Principis secularis translata fuerit sub precepto illinc non discendendi, quamdò fecus ordinatum non esset, Item positum quod post quartum habitationis mensem coram Parocho dicti oppidi cum viro incola ejusdem civitatis Matrimonium contraxerit, Item positum decreto Conc. Trid. c. 1. sess. 24. de reformat. Matr. Quaesitum est, an ejusmodi Matrimonium sit validum necne?

20 Maxima est dissensio inter DD. qualis habitatio requiratur ad hoc, ut quis dici possit alicuius Ecclesie Parochianus. Quidam enim putant requiri translationem domicilii, nec latius esse qualemcumque habitationem, nisi adit animus perpetui habitandi, sine quo domicilium non acquiritur, l. Ejus qui, §. penult. ff. ad municipal. cum aliis, quae adducuntur in quest. seq. num. 44. Cujus sententiae fuit gloss. in cap. Is qui, in figurazione casus, de sepult. in 6. ubi ait, ex sola mora facta in loco non censeri aliquem Parochianum illius loci, cum oporteat, ut animus sit perpetuus morae, & Jo. Andr. ibid. in princip. vers. Et faciunt haec ad quaestionem, ubi propter inferi eum, qui propter bellum, aut pestem fugit ad civitatem, ubi manet cum familia, non fieri illius Parochianum, quia non mutat domicilium, cum non habuerit animum ibi perpetuo manendi, nec durante metu dici potest habuisse animum mutandi domicilium, & sequuntur hic Gemin. & Franc. idque pluribus comprobatur Abb. in cap. In nostra num. 10. de sepult. ubi alios adducit.

21 Quorum opinio si vera esset, nullum esset Matrimonium ad hanc muliere contractum, quia non habuit animum perpetui habitandi in dicto oppido, sed hic fuit iussu Principis moratura usque ad ipsius Principis beneplacitum, idobque Sacerdos, qui Matrimonio interfuit, illius Parochus non fuisse, ut requiritur decreto d. cap. 1. sess. 24. de reformat. Matr.

22 Quidam verò putant ad jus Parochiae acquirendum sufficere habitationem, dummodo tamen illa sit annalis, aut pro majori anni parte. Cui opinioni videtur adherere Innoc. in cap. Omnis utriusque num. 6. de parit. & remiss. ubi ait scholares, & incolas annales, & mercenarios debere censeri Parochiani, quia incolunt per annum, & ab eo posse absolvi per text. in cap. Quasi, 16. in illis verbis & ubi per totum anni circulum Missas audiunt. Et quamvis postea referat opinionem illorum, qui dicunt idem esse, si ad minus tempus incolant, vel domos, vel domos; tamen cum hoc secundo loco utatur illis verbis, alii dicunt, non secunda, sed prima censetur ejus opinio, ut declarat Jason. in l. Si idem cum eodem §. fin. num. 3. ff. de jurisdict. omni. judic. & Dec. in c. 1. ad fin. de consil. cum praesertim post secundam opinionem Innoc. adjiciat. In omnibus tamen praemissis tutus est, ut viatores, & alii semper à proprio Sacerdote specialem licentiam habeant, & Innoc. verba transferunt ibid. Butr. Anchar. & alii.

23 Quae secunda opinio, sicut & prior immititur praecipua dict. Decretali, Is qui, de sepult. in 6. hic, l. qui ad villam se transfert recreationis causa, vel ut ruralia exerceat, si non electa sepultura decedat, non in Ecclesia dictae villae, sed in sua Parochiali sepeliri debet. Qui tamen textus non dicit ad jus Parochiae acquirendum requiri domicilium, vel habitationem annalem, sed tantum definit non esse facti, ut quis se aliò transferat ob aliquam brevem causam.

24 Et secundum hanc sententiam eodem modo haec mulier

nullo modo contraxisset, quis ante Matrimonium in dicto oppido non habitaverat, nisi per quatuor menses, & Rota in noviss. decis. 656. vol. 1. revolet in suo casu Matrimonium contractum coram Parocho rurali fuisse nullum, quia probatum non fuit contrahentes solere esse ruri in majori anni parte, nec pro dimidia, sed tantum pro tres, aut 4. menses.

25 Alii autem distinguunt, censent habitationem saltem pro majori anni parte elicere aliquem Parochianum ejus Ecclesie, ubi habitat, quoad Sacramenta necessaria duntaxat, veluti confessionis & communionis, semel in anno. Secus verò quoad Sacramenta voluntaria, veluti Ordinis & Matrimonii. Atque ita distinguit Abb. in c. Nullus n. 4. supra eod. Silvest. in verb. Domicilium n. 2. Tabien. eod. verb. ad fin. & est ex mente Host. in Summa hoc tit. §. 7. in fin. & secundum hanc sententiam similiter nullum esset Matrimonium de quo agitur.

26 At verò alii tenent ex sola habitatione quem effici Parochianum alicuius Ecclesie, dummodo non sit hic recreationis gratia, vel ad ruralia excedens aut ex alia brevi causa statim reversurus ad primam Parochiam juxta d. c. 1. v. qui adit & sepult. in 6.

27 Atque hae sententia fuit originaliter Federici de Senis in consil. 254. intip. Quasi subsequens, ubi respondit ad jus Parochiale esse attendendam praesentem habitationem, non domicilium; idobque in eodem anno quem effici posse Parochianum plurimum Ecclesiarum; cum non requiratur ut habeat animum perpetui habitandi. Unde concludit, eum qui propter bellum vel pestem fugit de Parochia in Parochiam & eos se tranquillit animo redeundi ad primam, bello cessante, censeri Parochianum secundum; & dicit esse de hoc casum in hac Decretali. Quod velle illium puto, quia cum habitatores hi qui prius elegerant mansionem in Regno Hierosolimitano propter occupationem Terrae Sanctae, se transferunt ad habitandum in Civitate Aconensi, utique cessante praedicta occupatione; & sic causa translationis verisimiliter redissent ad primam mansionem. Unde non habebant animum perpetui habitandi in Aconensi Civitate; sed durante impedimento duntaxat. Et tamen textus dicit eos posse Spiritualia recipere ab Episcopo Aconensi & hic teneri decimas personales perolvere. Atque ita Federic. sententiam commendat & sequitur Abb. in c. Extrapanda, §. Quasi verò n. 11. de parit. & late defendit Anchar. in c. de uxore n. 7. de sepult. & Abbas ibi contrarius in c. Omnis utriusque n. 23. de parit. & remiss. relatis aliorum sententis (illa opinio, inquit, mihi plus placet & est magis communis, quod ille dicitur proprius Sacerdos in cuius Parochia quis habitat de praesenti, nec possunt commodè adire proprium Sacerdotem.)

28 Ad hae cum de Jure communi ex clem. 2. de privi. Religiosi qui Clerici aut laici Sacramenta Unionis Extremae vel Eucharistiae ministrare; & Matrimonia solemnizare audent non habent super his Parochialis Presbiteri licentia specialia excommunicationis sententia incurant, glossa in verbo Presbiteri Parochialis. (Per hoc, inquit, quoad scholares & mercenarios & his similes, intellige Presbiterum in cuius Parochia habitat,) glossa ergo etiam ad effectum Matrimonii censet hunc esse proprium Parochum in cuius Parochia quis habitat. Quam glossam dicit esse notandam Card. n. 8. subdens. (Dic quod statim cum quis vadit ad habitandum in certa Parochia, intelligitur hic fieri Parochianus, nisi accesserit causa recreationis aut ob aliam causam temporalem statim reversurus ad propriam Parochiam;) & sequitur Vital n. 29. ubi ait, (Proprius Curatus omnium suorum Parochianorum dicitur, etiam si ad tempus habitet in hac Parochia, ut sunt scholares, familiares, mercenarii & hujusmodi similes personae, pro tunc enim non sunt actus Parochiani alterius Parochiae.)

29 Quae opinio sicut est magis communis, ita est verior, ut patet ex allegatis per Anchar. in d. c. de uxore n. 7. de sepult. & summam habet acquiritatem in casu praesenti; nam cum haec mulier iussu Principis relegata fuerit in dicto Oppido, nec possit absque Praecepti violatione se incursum perire ad primam Parochiam redire, iniquum esset ut non possit accipere Ecclesiastica Sacramenta à Parocho loci in quo habitat. Ideoque etiam Autores contrariae sententiae censent propter periculum non esse necessitatem posse aliquem recipere Sacramenta in loco habitationis, ut tradit Abbas in d. c. In nostra n. 11. de sepult. his verbis [Ego dicere quod sola habitatio non facit quem esse Parochianum hujus Ecclesie] Unde ex quo habet animum redeundi ad domum suam, haec Ecclesia domicilii est proprie Parochialis hujus, sed propter necessitatem poterit iste in loco habitationis vel ubi est peregrinus recipere Sacramenta, ita quod haec Ecclesia habitationis non sit proprie Parochialis hujus; sed in defectum propter necessitatem succedit loco Parochi, quoad administrationem Sacramentorum; & infra. [Ex quo infero, quod si de loco habitationis non potest commodè ire ad Ecclesiam domicilii pro Sacramentis debet hic espere

& non in Ecclesia domicilii] & sequitur Navarrus in cap. Placuit de parit. distinctione sexta n. 92. & 101. Propter quam necessitatem sicut qui belli, aut pestis causa aliò commigrant, possunt Sacramenta percipere à Parocho habitationis secundum communem Canonistarum sententiam in cap. Omnis utriusque de parit. & remiss. ita est aequum, ut possit recipere haec mulier, quae vi, atque Imperio Principis extra locum domicilii commoratur, non minus enim impeditur ad primam Parochiam redire, quam si pestis aut belli causa inde aufugeret.

30 Nec enim constituta est differentia inter Sacramentum Penitentiae & Matrimonii, cum saepe non minor sit necessitas nubendi quam confitendi, ut contingit in his, qui continent non possunt, nam melius est eis nubere, quam uri, ut 1. ad Corinth. 7. idobque communiter sic dicitur esse proprius Parochus ad conjugendos aliquos in Matrimonio, qui in cap. Omnis utriusque, appellatur proprius Sacerdos ad confessiones audiendas, ut constat ex d. Clem. Religiosi in verb. Parochialis, Presbiteri, & ibi notatur de privi.

31 Non obstat, quod haec mulier non habuerit animum in d. oppido perpetuo morandi. Quoniam satis est ut habuerit animum morandi quandò necessitas se iussu Principis durent; nam & hi, qui pestis, aut belli causa aliò divertunt non habent animum illic manendi, nisi quoad diu venit necessitas; & tamen contrahunt jus Parochiae ad effectum recipiendi Ecclesiastica Sacramenta. Ad hoc enim ut dictum est iura non considerant domicilium, sed simplicem habitationem & satis est, ut causa submovendi scandalum, ob quam Princeps iussit mulierem aliò transire, non fuerit talis, ut poterit probabiliter incontinenti cessare. Pro quo est doctrina Anchar. in d. c. Is qui de sepult. ubi sequitur opinionem Feder. de Sen. quando bellum esset ventisimiliter duraturum. Secus si per transitum alicujus exeretis transiret hostiliter per comitatum qui constituitur se ad civitatem, tunc enim, inquit, est verior opinio Joan. Andr. nam primo casu venit animo comorandi; secundo non. In solo autem Ordinis Sacramento speciale est, ut verum domicilium requiratur ut patet in cap. Cum nullus, de tempor. Ordinis. in 6. ponderando illa verba; Superior intelligitur hoc casu & rationem specialitatis adducit Host. in Summa hoc tit. §. 7. in fin.

32 Sed etsi ad hoc domicilium requireretur forte, tamen non deesset hoc casu per textum singularem in l. Eius, ff. Ad municipal. in illis verbis, relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet, & concordat text. in l. Eius qui §. fin. eodem tit.

33 Ultimo quidquid sit de sententia Federici de Sen. saepeus secuta est S. Congreg. Conc. in casibus contingentibus.

34 Et in specie cum olim juvenis nobilis & meretrix Senensis cuperent invicem Matrimonio copulari & dubitarent ne si Matrimonium in civitate Senarum contraherent adhibendum Concilii Tridentini solemnitates, juvenis parentes impedimento essent, nonnam accesserunt, ibique aliquantisper comorati coram Parocho & testibus S. Anastasiae in cuius Parochia tunc habitabant, Matrimonium per verba de praesenti contraxerunt. Et cum de ejus validitate dubitaretur, Sacra Congreg. censuit Matrimonium esse validum ea ratione quia is est proprius Parochus, in cuius Parochia habitabant contrahentes tempore contractus, gloss. in Clem. 1. de privi. verb. Parochialis, Abb. in cap. Omnis utriusque sexus, de parit. & remiss. ubi de communi testatur & alius generaliter consultatus a propriis Parochus quis dicitur, in cuius Parochia contrahentes habitant tempore quo Matrimonium contrahitur; & respondit ita dicit.

35 Atque ad exemplum decisionis eorum in dicta causa Senensis, alius censuit valere Matrimonium Scholarius, qui Patavii quinque vel sex menses moratus timent impedimentum à parentibus, hic duxit mulierem plebeiam coram Parocho loci & testibus. Idemque respondit de Matrimonio alterius, qui ob eandem causam se in Angliam contulit & hic aliquantisper moratus, coram Parocho habitationis, cum meretrice contraxit Matrimonium. Quin imò cum vir, & mulier Trajectenses timentes impedimentum à parentibus, ad vicinam urbem Aquigranensem se contulisset, & hic aliquandò morati Matrimonium contraxissent, S. Congreg. consulta super validitate censuit exprimentum tempus, quo contrahentes Aquigranem manserunt. Quod si fuerit saltem unius mensis, dandam esse decisionem pro validitate, alius de novo referendum in Congregatione.

36 Ex quibus non videtur dubitandum quominus validum sit praesens Matrimonium contractum coram Parocho habitationis post quartum habitationis mensem. Et in hanc sententiam S. Congreg. respondit.

37 Ulterius Quero, An incolae Regni Hierosolimitani; de quibus hic, eo ipso quod post occupationem Terrae Sanctae se contulerunt ad habitandum in Civitate Aconensi, censentur in ea domicilium contraxisse; adeo ut tam Episcopus, quam

38 Dominus temporalis possint immediate jurisdictionem in eos vendicare. An verò ad transferendum domicilium tempus aliquod à jure sit praescriptum.

39 De jure civili ad constitutum domicilium videtur requiri tempus decem annorum, per text. in l. 2. Cod. de incol. lib. 10. ubi dicitur. Nec ipsi, qui studiorum causa in aliquo loco morantur, domicilium hic habere creduntur, nisi decem annis transactis eo loco lectes ibi constituerint. Et ita videtur tenere gloss. hic in ver. Constituerint, ubi querit, quid de alio, qui stat per decem annos studii causa. Et responderet eodem modo praesenti domicilium animo constitutum; sed si minori tempore, & Bart. in consil. 111. Factum tale est in fine lib. 2. dicit simplicem habitationem non censeri in loco domicilium constituisse, nisi per decennium habitaverit. Et apertus hoc tenet Host. hic num. 5. dicens non censeri incolas, nisi qui in loco moratus fuit per decennium, per illum textum, & argum. cap. Apostolica circa prin. infra eod. licet subdat illam legem de facto non servari, & sequitur totidem verbis Joan. Andr. n. 3. vers. Nam nec secundum leges.

40 Sed omnino dicendum est, nec secundum leges, nec secundum Canones illum tempus esse absolute necessarium ad domicilium constitutum. Ad hoc enim praesens necessarius est animus perpetui habitandi, sine quo domicilium non constituitur, l. Non utriusque l. Domicilium; & l. Eius qui, la secunda, §. penult. ff. ad municipal. l. 2. & l. Civitas, Cod. de incol. lib. 10. & notatur in l. 1. Cod. de numer. & honor. eod. lib. Host. in Summa de Paroch. §. penult. ante fin. Joan. Andr. in cap. Is qui in prin. vers. Et factum haec ad quaestionem, de sepult. lib. 6. cum aliis allegatis in praeced. quest. num. 21. & Abb. hic n. 3. vers. Nam ad constitutionem domicilii, qui tamen dum allegat, l. Si quis constitutus, ff. ad municip. debuit allegare l. Eius qui, la secunda, §. Celsus, alius §. Si quis inprobat. Et propterea in 45 pubes, qui diu penes nutricem, vel tutorem erat, non dicitur eo domicilium transivisse, cum in eadem maneat, non dicitur eo domicilium transivisse, cum in eadem maneat, non dicitur eo domicilium mutationem requisito, ut consulti Feder. de Sen. consil. 254. Quidam puer, per tot. & consentit Bald. consil. 334. Factum tale est magister, circa med. vers. Et ex hoc apparet lib. 4. Sed quia de animo, cum sit quid intellectuale, per se consistere non potest; propterea dicit lex ad acquisitionem domicilii nudam voluntatem non sufficere, sed requiri etiam factum quasi animi index, ut d. l. Domicilium, ff. ad municip. & notat Feder. de Sen. d. consil. 253. n. 2. & Bald. consil. 311. Quasi supra qua n. 3. quod est Petri de Abbatis Pisanis cum duobus seq. lib. 47. Animus enim ex facto & conjecturis deprehenditur, e. 2. De recunc. lib. 6. l. Dolus, C. de dolo. Abb. hic nu. 8. Qu. propter, ut dicunt Host. & Joan. Andr. si in loco relicto quis omnia vendidit, & secum quidquid habere poterit, asportavit, & in alio loco domum & possessiones emittit, satis probabiliter censetur primum reliquisse, & secundum domicilium elegisse, & probatur in l. Crues, C. de incol. lib. 10. ubi dicitur, In eodem loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis laetum rerumque, ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discursurus, si nihil avocet. Itaque, ut Bald. inquit d. consil. 314. circa med. lares aliusdum convertit, & major pars bonorum domicilium demonstrant, l. 2. Cod. ubi Senar. vel Clarif. & d. l. Crues. Unde etiam minori spatio decem annorum quem 49 sibi constituit domicilium, quando concurrunt alia indicia, puta si translulerit familiam, suppellectilem, & majorem partem fortunarum suarum, firmat idem Bald. consil. 393. in prin. lib. 1. Aug. consil. 27. Quidam victor. n. 2. vers. Sola enim. Idque multò magis, si clare apparet quem elegisse domicilium, ut quia hoc expresse, vel quia est effectus civis loci, vel per alium modum, ut per Bald. loc. prox. cit.

50 Porro inter alias conjecturas translationis praecipua est habitatio decennalis. Nam eo ipso quod quis per decennium in loco habitavit, praesumitur in dubio habuisse animum hic domicilium constituendi, Bartol. in l. Cornelia, §. Si demum, ff. de injur. Bald. d. consil. 311. in prin. & latius in 3. consil. hic, inserto n. 5. vers. Sed modo videamus, Abb. consil. 100. in prin. lib. 2. Nam abiens per decennium praesumitur habuisse animum non revertendi, ut plene per Alex. consil. 91. Repetitus n. 8. lib. 7.

51 Non obstat text. in d. l. 2. C. de incol. lib. 10. quia secundum Abbatem hic num. 8. illa lex loquitur in scholaribus. Et sic loquitur in eo casu, in quo ex conjectura aperit non liquet quem non habere animum constituendi domicilium. Scholares enim non veniunt ad locum animo hic perpetuo permanendi, sed studendi. Et propterea ad eliciendum praesumptionem animi domicilium constituendi, lex praescribit illud spatium decem annorum. Nam ad hoc majus, vel minus tempus requiritur, ulterius quod conjecturae urgent. Et scholaris studio absoluto praesumitur habuisse animum recedendi, ut per Alex. consil. 216. num. 14. & 15. lib. ubi idem dicit in marcatores.

Idemque in lectore publico condudo cum salario, qui non presumitur habuisse animum constituendi domicilium, plene consulit Abbas d. conf. 100. Videtur primo per totum lib. secundum in his igitur decennium requiritur ad eliciendam contrariam animi presumptionem, ut in dicta lege 2. At hinc ratio cessat in eo, qui ex toto primum domicilium dereliquit & cum omnibus rebus suis aliud se transtulit. Et propterea textus in d. l. 2. postquam dixit ante decennium transfactum, scholares non cenferi in loco domicilium habere immediate subnechit. Sed si aliis rationibus domicilium in Civitate Laodicorum habere probatus fuerit, &c. Itaque qui ad alium locum cum familia & fortunis suis se transtulit, aut ibi emit possessiones & presumitur im-

mediate habuisse animum illic domicilium constituendi, aut non emit possessiones, sed stat sic in suspensio; & tunc dicam tempus arbitrarium, prout concludunt Host. Joan. Andr. Abb. ubi supra. Unde si talis declararet animum suum, id est, se velle ibi domicilium habere illic sine expectatione alterius temporis, dicens esset ibi domicilium contraxisse per text. in d. l. Eius qui, & secunda, §. Celus ff. ad municip. secundum Abb. in fin. Cessantibus autem omnibus aliis iudiciis & presumptionibus, simplex habitatio forte non sufficeret ad domicilii translationem, nisi translato decennio. Et in hoc casu salvari potest gloss. & Bart. sup. cit. num. 42.



DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLIGATIONIBUS.

Alexander III. Brixien. Episcopo.

CAPUT XIII.

Quoniam a nobis sollicitudo tuo requirit, quid de decimis novalium tuarum Diocesis tibi sit statuendum: respondemus, ut si terrarum, quarum arabiles sunt, infra certam alicujus Ecclesie Parochiam fuerint, decimas earum [tua parte retenta] eidem Ecclesie facias assignari: Alioquin ipsas secundum discretionem a Deo tibi datam, alii Ecclesie deputare, vel ad opus tuum poteris retinere

SUMMARIUM.

- 1 Decime novalium debentur Ecclesie, in cuius Parochia surgunt, Si vero non sunt in certa Parochia, Diocelano debentur.
- 2 Decime prediales debentur Ecclesie, in cuius Parochia sita sunt predia; personales vero ubi spiritualis recipiuntur.
- 3 Presentes spirituales noviter emergentes infra limites Parochie non debentur Episcopo, sed Parochio.
- 4 Oblationes, que sunt imagini alicujus Sancti depicte in pariete extra Parochialem Ecclesiam, cui debeantur.
- 5 Redditi spirituales debent dividi in quatuor partes, si spectent ad Ecclesias Matrices, Secus si ad Capellas.
- 6 Ad decimas prestandas Episcopus etiam non requisitus, potest ex officio compellere possessores terrarum.
- 7 Decimarum quartam Episcopus exigere potest immediate a Parochiano, & n. 27. Contrarium, n. 14. & 17. Distinguitur a n. 20. usque in fin.
- 8 In decimarum perceptione Episcopus, & Parochus sunt quasi portiones, & n. 16. & 29.
- 9 Decime prediales totius Episcopatus integre ad Episcopum pertinent, si predia decimatoria non sint infra limites alicujus Parochie, aut incertum sit de cuius Parochia existant, & n. 1099.
- 10 Dicitur, alioquin, venit adversative ad precedentia, & includit ex propria significatione contrarium intellectum.
- 11 Decime prediarum existentium in altera ex duabus Parochiis sunt dividenda inter utramque Ecclesiam, si non appareat infra cuius limites predia sunt sita.
- 12 Insula, si in mari appareat, decime novalium Ecclesie debentur.
- 13 Episcopus an pro sua quarta decimarum agere possit immediate contra Parochianos, an vero illam petere debeat a Parochio, & n. seqq. usque in fin. Quid si Parochi jam exegerint a Parochiano integras de-

- 21 cimas, num. 21. Et quid si nondum exegerint, sed tamen non negligens illas petere, num. 22.
- Et quid si sint negligentes, an tunc Episcopus agere possit nomine Ecclesie contra Parochianos pro integris decimis, num. 23. & seqq.
- Et an jure proprio possit agere actione directa pro sua quarta Canonica, num. 26.
- Anve possit agere officio iudicis nihil, n. 33.
- 15 Intellectus, cap. Conquerente, de Offic. Ordinari. & num. 17. 21. & 32.
- 16 Episcopus in prediis decimatoriis habet jus reale & coequalit cum Parochio, & num. 29. Qua realitas & coequalitas tolli non potest per negligentiam vel malitiam Parochorum non comparentium n. 30.
- 18 Doctorum opinio non habet contradicentium, dicitur casus legis.
- 21 Parochiani per solutionem decimarum suam Parochio consequuntur liberationem, nec super quarta possunt ab Episcopo molestari.
- 24 Decime qua ratione dicantur esse in potestate Episcopi.
- 25 Parochia duplex.
- 28 Actio oritur, quotiescumque lex mandat aliquid servari.
- 31 Actio simultanea Episcopi & Parochi super decimis admittitur.
- 33 Decimarum quarta debetur Episcopo propter conjunctionem & curam universalem quam habet in Ecclesiis suis subiectis.
- 34 Officium iudicis nobile semper datur ubi deficit actio ad consequendum quod sibi debetur vel ad cogendum obligator, qui actione directa non possunt adstringi. Fundatur in aequitate, ibid. & num. 37.
- 35 Conceditur ad instar actionis.
- 36 Ex lato sumpto vocabulo venit actionis appellatio.

Quoniam. Decime novalium debentur Ecclesie in cuius Parochia surgunt. Si vero non sunt in certa Parochia, Diocelano debentur. Hoc dicit. Communis divisio, Consulario & Responso. Secunda hic respondetur, in qua distinguitur & secundum membrum persequitur hic aliquoquin.

Nota primo hic, infra certam alicujus Ecclesie Parochiam, decimas prediales seu reales debentur Ecclesie in cuius parochia sita sunt predia; nam decime & tributa debentur ratione prediorum & non personarum, c. si quis laicus & c. Decima 26. q. 1. lege Imperatoris, ff. de public. & vestigal. & lege forma consulari, §. si verbis quis, ff. de censib. licet secus sit in decimis personalibus que debentur Ecclesie ubi spiritualia recipiuntur, c. Questi 16. q. 1. Et ita hic notant glossa ultima, Host. n. 2. Joannes Andreas in fine, Card. n. 2. & est communis opinio, ut testatur Butr. ibidem in fine.

Secundo nota hic decimas earum, proventus spirituales noviter emergentes infra limites Parochie non pertinere ad Episcopum; sed ad Parochialem Ecclesiam, ut hic est casus. Unde inferit Abbas n. 1. ut oblationes que sunt Imagini alicujus Sancti depicte in pariete extra Parochialem Ecclesiam; sed in limitibus Parochie, debeantur ipsi Ecclesie, non autem Episcopo. Ceterum, an hac illatio sit vera & in quibus casibus vendicat sibi locum, plene examino in c. Pastoralis in questione supra, de his que fiunt a Prelatis.

Tertio nota hic eidem Ecclesie, decimas novalium que surgunt in Parochia, acquiri pleno jure Ecclesie Parochiali; jura enim que disponunt ut de redditibus Ecclesiarum fieri debeant quatuor partes, videlicet c. quatuor cum c. preced. & seq. 12. q. 2. loquuntur de Matricibus. At in Capellis seu Parochialibus salva portione Episcopi omnes sunt Rectoris ut hic & in c. Cum contingat infra eodem & c. Plerique, supra de past. & in d. c. Pastoralis; & declarat hic Host. circa finem, vers. Nota etiam & Joannes Andreas n. 1. in verbo Pacias, Butr. n. 4. Card. n. 1. in 1. opposit. & Anchar. n. 2.

Quarto nota hic facias assignari, ad officium Episcopi pertinere Parochianos compellere ad solutionem decimarum; & ita verum est quod ait Card. post Laud. & alios in clem. dispensationem n. 28. de iudic. nempe Judicem etiam non requisitum posse ex officio cogere possessores terrarum ad prestandas decimas si ei constet hujusmodi terras esse infra limites Parochie. Quod dicitur sequitur Rota dec. 317. n. 6. par. 5. recent.

Quinto nota hic tua parte retenta, Episcopum posse suam quartam decimarum exigere immediate a Parochiano, quod satis probatur hic & non enim possit suam partem sibi retinere, nisi illam prius perciperet. Percipere autem non potest ab Ecclesia, quia decime nondum fuerant eidem Ecclesie assignate, ut patet ex littera hic facias assignari. Superest igitur ex necessitate, ut quartam suam a Parochiano exigat. Quod est contra opinionem Rotae existimantis Episcopum agere non posse pro sua quarta Canonica directe adversus laicos, sed tantummodo contra Ecclesias seu illarum Rectores, ut sufficit dicam infra n. 27.

Sexto nota, Diocelanus & Parochum esse quasi portiones in perceptione decimarum, prout eos appellat Host. n. 2. & Joannes Andreas n. 3. Uterque enim fundat intentionem suam de Jure communi in illarum perceptione; Episcopus quidem in sua portione Canonica, ut patet ex littera hic sua parte retenta. Parochus vero in reliquis decimis, ut patet hic decimas earum & est receptissima Canonistarum sententia, ut scripti in c. Cum contingat n. 22. & 23. infra eodem.

Ultimo nota hic aliquoquin; decimas prediales totius Episcopatus integre ad Episcopum pertinere, si predia decimatoria non sint infra limites alicujus Parochie; aut incertum sit de cuius Parochia existant, ut hic probatur evidenter, ponderando dictionem aliquoquin, que cum venit adversative ad precedentia, includit ex proprio significato contrarium intellectum secundum Abbatem n. 4. vers. Sed quare; & non tantum orationem conditionalem facit, sed in se ipsa orationem continet & inducit conditionem contrariam, ut notat Bart. in lege 1. n. 11. ff. de condit. & demonst. unde cum textus prius dixerit, si terre arabiles sint infra certam alicujus Ecclesie Parochiam, decime debentur eidem Ecclesie, dum postea subiungit, alioquin debentur Episcopo; perinde est ac si dixisset, si terre hujusmodi non sint alicujus Parochie secundum Innoc. Petrum de Sampione, Abbatem Antiquum & Egid. vel incertum sit de cuius sint Parochia, ed quod limites non sint certi secundum Host. n. 2. Joan. Andr. eod. n. Card. n. 1. & Abb. d. n. 4. vers. Sed quare.

Adit Joannes Andreas, quod si constet terras existere in altera ex duabus Parochiis; sed ignoretur intra cuius limites, ed quod limites apparent tantummodo in locis propinquis;

non autem in loco ubi sita sunt predia, hoc casu fieri debet divisio decimarum inter utramque Ecclesiam allegat c. Cum quis, §. 1. de jessat. lib. 6. & cum eo transeunt Card. n. 5. Anchar. n. 4. & Abb. n. 5. quod nota ad limitationem hujus textus. Si vero Insula in mari appareat de hic surgant novalia secundum glossam 1. considerabitur cui Provincie Insula adhaeret, ut hujus Provincie sit; & hic presentur decime, ut lege Insula, ff. de judic. & cum glossa transeunt Butr. n. 8. & Card. n. 4. Sed plenius secundum Host. in princ. considerabitur Provincia, Diocelana, Parochia & Rupa cui proxima Insula accedit, ut lege Inter eas, lege Egid. lege Insula, ff. de acquir. rer. Domin., ut hujus Provincie, Diocelana & Parochie Insula esse intelligatur, dicta lege Insula & lege Notionea, §. Continentes, ff. de verb. signif. id est si Insula emargat infra duas Provincias, decime dabantur Parochiali viciniori hujus Provincie cui proxima Insula accedit. Si vero emergat infra duas Dioceses, presentur decime Parochiali viciniori hujus Diocesis cui similiter proxima Insula adhaeret, etiam Parochialis ex alia parte Insula esset proximior, quia absurdum esset ut decime novalium hujus Diocesis cuius est Insula, solverentur Parochiali alterius Diocesis. Quod si Insula appareat infra limites unius Diocesis, erant persolvende Parochiali cui Insula proximior est; & hanc puto fuisse mentem Host. notabilem & veram. Dubium tamen remanet, an in supra scriptis casibus spectanda sit propinquitas Diocesis vel Parochie, an vero Ecclesie Cathedralis vel Parochialis: glossa cum Card. non meminit nisi Provincie, Host. considerat Provinciam, Diocelam, Parochiam & Rupas: nulla facta mentione Ecclesie. Butrus meminit Ecclesie tantum. Vide tu quod scripti in c. Nullus n. 23. 24. & 25. supra de Paroch.

Quero an Episcopus pro sua quarta decimarum agere possit immediate contra Parochianos, an vero illam petere debeat a Rectoribus Parochialium Ecclesiarum.

Hec est questio quotidiana & difficilis in qua Rota ipsa variavit, Nam in causa Novariensi decimarum 15. Aprilis 1611. coram Gregorio XV. decis. 519. n. 1. & 2. resoluit Episcopo Novariensi non deberi quartam decimarum ab hominibus cujusdam Pagi, quia est de Jure communi habeat intentionem fundatam super dicta quarta, tamen hoc intelligitur contra Ecclesias percipientes decimas, ut scilicet ab eis quartam partem decimarum excharum possit exigere; & non immediate a Parochiano, allegat Abbas Antiquus in c. Conquerente n. 5. vers. in glossa Sed videtur de Offic. Ordin. ubi ait illam Decretalem non decidere ut Episcopus habeat jus percipiendi decimas, sed ut decimis ab Ecclesia perceptis Episcopo detur quarta; & cum eo consentiunt hic Bellam. circa finem & Abbas Scialus n. 2. prope finem, vers. Duodecimo habet quartam, ad quod Rota inducit d. c. Conquerente, ubi Pontifex postquam mentionem fecit de quarta decimationis, & alii juribus que ab Ecclesiis debentur Episcopo, immediate subiungit; tu autem his juribus in prefatis Ecclesiis contentis existens, non amplius ab eis exigas, que verba clare insinuant Episcopum debere suam quartam exigere ab Ecclesiis; non autem a personis laicis que de jure illas tenentur solvere Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ut in cap. Cum contingat infra eod. & in clem. unica, eodem titulo, eandem conclusionem firmavit Rota apud Card. Seraph. decisione. 1449. numero 5. & 6.

Sed die 7. Maii 1637. in eadem causa Novariensi coram Piovano contrariam sententiam probavit, videlicet Episcopum habere intentionem fundatam pro sua quarta decimarum, etiam contra Parochianos & habere in prediis decimatoris jus reale & coequalit cum Rectoribus Parochialium & esse quasi inter se portiones, prout etiam firmatum fuit in decisionibus que referuntur dec. 442. 485. & 520. parte 1. recent. Verum postea 17. Decembris 1637. Causa iterum propulsa recessit a decisis censuitque Episcopum non habere fundatam intentionem in quarta decimarum contra laicos, ut dec. 122. n. 7. parte 5. recent. moti fuerunt Domini primo per textum in d. c. Conquerente, ubi actio pro quarta decimarum non distinguitur contra laicum; sed contra Ecclesiam, inducendo illum prout ponderatus fuit in decisione Gregorii supra n. 15. Deinde moti fuerunt per c. de quarta de prescript. ubi admittitur, ut Parochus possit prescribere quartam decimationem, que si a laicis per Episcopum exigenda esset, utique Rectori non daretur prescriptio ob defectum possessionis line qua prescriptio non procedit, glossa in lege Male igitur & hic Bald. n. 6. cod. de prescript. cum sit in decis. allegatis. Ac demum, quia opinio Abbatis Antiqui & aliorum de quibus in decisione Gregorii XV. cum non haberet contradicentem, dicitur casus legis: ita ut ab eo non fiat recedendum, Jalon in lege penultima n. 21. cod. de past. Becc. conf. 23. n. 6. Surd. dec. 229. n. 56. Eandem sententiam probavit Paulus de Castro in conf. 38. incip. Dia

19 *lib. 1. ubi ex facto respondit Episcopus super quarta decimarum non habere jus immediatum contra laicos; sed tantummodo contra Ecclesiam, allegat. 10. q. 3. per totum; & idem perempto jure Ecclesie per illius destructionem, fuisse etiam extinctum jus quod adversus eam Episcopo competebar super dicta quarta, ut hic fultus per eum.*

20 *Quid dicendum? Pro clariori quæstionis solutione mihi videntur distinguendi casus infra scripti.*

21 *Primus casus est, cum Rector Parochialis jam exegit à laicis debitoribus integras decimas; & tunc cum laici per hujusmodi solutionem jam consecuti sint liberationem, extra dubium est Episcopum non posse ab eis suam quartam petere vel exigere, ne contra bonam fidem bis idem solvere compellantur, c. Bona fides, de reg. Jur. lib. 6. & lege Bona fides, ff. eod. sed debere tantummodo actionem dirigere & experiri contra Ecclesiam seu illum Rectorem ad prescriptum d. c. conquerente de Offic. Ordin. in quo casu proprie loquitur ille textus & Abbas Antiquus cum aliis in decisione Gregorii allegatis. Quam conclusionem ut indubitata firmavit eademmet Rota dec. 357. n. 4. & 7. part. 5. recent. & in hoc casu etiam intelligi potest textus in c. de quarta de prescript. in eadem decis. inductus. Nam Rector Ecclesie quando jam exegit à laicis integras decimas, utique possidet etiam quartam Episcopo debitam, merito potest illam præscribere; & in hoc primo casu nulla est discrepantia.*

22 *Secundus casus est, cum Rector Ecclesie nondum exegit decimas, sed tamen non est negligens in illis exigendis; & tunc arbitrator tenendam esse opinionem Rotæ, videlicet Episcopo nullum jus competere contra laicos pro sua quarta decimationum; sed tantummodo contra Ecclesiam, postquam illius Rector integras decimas ab eis fuerit consecutus per rationes ut supra in decisionibus adductas, numero 14. & 17.*

23 *Tertius casus est, cum Parochus aut negligit, aut non vult, aut non potest contra laicos agere; & tunc puto distinguendum. Aut Episcopus intendit agere contra eos pro integris decimis nomine Ecclesie Parochialis aut nomine proprio pro sua quarta Canonica. In primo membro sequor opinionem Host. in c. Cum contingat, n. 1. ad finem infra eodem, cujus hæc sunt verba. Quin imò & Episcopus fundat intentionem suam de Jure communi in totum quoad petitionem nomine Parochialis Ecclesie suæ Diocesis faciendam, c. fin. de success. ab intestat. Unde & dicitur quod decimæ in potestate Episcopi sunt, scilicet quantum ad petitionem, tuitionem & ordinationem, c. In Sacris 16. q. 1. & c. omnes decimæ & cap. Nullus q. 7. quia omnia generaliter habet regere, c. 1. 2. & per totum 10. q. 6. Præcipuus & c. Ecclesiasticarum 12. q. 1. c. de Xenodochiis infra de re leg. dom. Sed & duplex est Parochia particularis scilicet live singularis, sicut est quælibet Capella Parochialis. Item collectiva scilicet tota Diocesis quæ & dicitur Parochia Episcopi, c. ad Apostolicam supra eodem. Dum ergo hæc Decretalis dicit, perceptionem decimarum de Jure communi ad Parochiales Ecclesias pertinere Episcopo non excludit, imò includit c. Scire 7. q. 1. Ita Host. quem hic sequitur Joannes Andreas n. 1. in verbo Parochiales. Subdit tamen Host. salva portione sua nihil debere Episcopum imbutare; sed in utilitatem Ecclesie totum convertere secundum ea quæ leguntur & notantur in c. Cum vos supra de Offic. Ordin. Hanc doctrinam Host. ego intelligo veram in hoc tertio casu, Parochio scilicet negligente vel nolente aut non valente, agere prout eam intellexit & probavit Rota in præallegata decisione 64. n. 6. par. 5. rec. ubi firmavit Episcopum posse agere contra laicos pro omnibus decimis, non quidem jure proprio, sed nomine Ecclesie Parochialis cui tenetur illas conservare; & hoc si Parochus non sit in causa aut negligat exigere decimas. Quod etiam prius admisit Rota in c. annen. decimarum 13. Martii 1587. coram Orano. Neque hanc conclusionem retraxit in posterioribus decisionibus supra citatis n. 27. quia in eis Episcopus non agebat nomine Ecclesie; sed jure proprio.*

26 *In secundo autem membro, id est, cum Episcopus intendit agere proprio nomine contra Parochianos pro sua quarta Canonica, duo sunt inspicienda. Primum est, an possit agere actione directa. Secundum quatenus non possit an saltem ei competat officium judicis nobile. Circa primam inspectionem ut vides Rota fuit varia; aliquando enim censuit Episcopum posse agere directe & immediate contra Parochianos, aliquando resolvit contrarium & in h. c. tandem persistit, ut patet ex decisionibus supra citatis, d. num. 14. Prima tamen opinio in puncto juris videtur verior, pro qua pondero istum text. iudicio meo satis clarum, ut etiam tetigit supra in 5. not. nam hic Pontifex rescribit Episcopo in hæc verba: Si terra arabiles infra certam alicujus Ecclesiam Parochiam fuerint, decimas earum, tua parte retenta eidem Ecclesie facias assignari, quæ verba aperte ostendunt Episcopum posse suam partem exigere immediate ab ipsismet Parochianis; etiam ante assignationem decimarum textus dæ*

ei facultatem sibi retinendi suam portionem; & sic non potuit illam exigere ab Ecclesia, cum nondum facta erat decimarum assignatio, unde necesse est ut à Parochianis poterit eam exigere & sic exactam sibi retinere; & hoc per viam actionis, quia ubicunque Lex mandat aliquid servari inde oritur actio, ut l. Statuas, ff. de acquir. rer. domin. & declarant in cap. 1. supra de pact. Butr. n. 1. & Abb. 28. num. 5. & propterea cum d. cap. 1. jubet pacta servari quamvis de actione nihil determinet, tamen propter illa verba ex pacto nudo de Jure Canonico oriri actionem inferunt ibi gloss. Host. Joan. Andr. Collectar. & communiter Canonice, ut ibi dixi in 4. not. Ergo eodem modo cum textus hic mandet Episcopo ut faciat assignari Ecclesie decimas, prius tamen sibi retenta portione sua, hinc satis deducitur eam posse suam quartam petere immediate à Parochianis etiam per viam actionis; quod nota, quia Doctores & Rota hunc textum ad hoc non ponderant. Neque obstat quod Parochus fundet intentionem de jure communi super decimis prædialibus Parochie suæ, ut est textus in cap. Cum contingat, & ibi gloss. 2. Host. & Joan. Andr. 29. & Doctores notant, & in cap. Cum in tua infra eodem, nam respondetur Episcopum quoque de jure communi dare intentionem super quarta decimarum, ut hic & in c. Dudum, ibi intentione tua de jure fundata petiti infra eod. & est communis sententia Canonistarum fore omnium quam passim servat Rota, ut scripsi plenè in d. decretali, Cum contingat, num. 23. & sic Episcopus habet jus reale, & coequalè cum Parocho, & sunt quasi portionarii, ut dicitur hic Host. n. 2. & Joan. Andr. n. 3. & tetigit supra in 6. notab. Hæc autem realitas & coequalitas tolli non potest per negligentiam aut inactionem Rectorum non comparatum cum habeat fundamentum in proprio jure immediato, non autem mediato ex persona Parochi, ut per Rotam in præcitata decis. 64. numer. 8. & 9. part. 5. recent. & consequenter poterit Episcopus suam quartam Canonica directè petere à Parochianis, sicut poterit Parochus reliquas decimas, ut per Host. in d. cap. Cum contingat, num. 1. vers. Unde & Joan. Andr. num. 4. Neque enim una dispositio aliam destruit, sed invicem comparantur & hæc simultaneam actionem admittit Rota d. decis. 64. num. 10. & in Cervin. decim. 22. Aprilis 1592. coram Penia.

30 *Rursus non obstat auctoritas Abb. Antiqui in cap. Conquerente, n. 5. de Offic. Ord. dicens illud cap. non decidere ut Episcopus habeat jus percipiendi decimas, sed ut de decimis ab Ecclesia perceptis Episcopo detur quarta. Quoniam respondeo hæc doctrinam obtinere in duobus casibus. Primus est, cum Rector Ecclesie jam exegit integras decimas, tunc enim Episcopo non competit jus petendi suam quartam à laicis, qui liberationem sunt consecuti, sed ab ipsa Ecclesia duntaxat, ut dixi supra in 1. cap. supra 21. Secundus est, cum Rector non est negligens in decimis exigendis; nam & hoc casu admitti poterit Episcopum non habere actionem contra laicos, sed tantummodo contra Ecclesiam pro sua quarta Canonica, postquam decime ab ipsa Ecclesia perceptæ fuerint, ut similitè dixi supra in secundo casu n. 22. At secus est ubi Parochus negligit aut renuit decimas petere, quia tunc Episcopus potest jus suum prosequi & actionem dirigere etiam contra laicos. Quod admittitur à Rota in d. dec. 64. n. 11. & in Passavien. decimarum 18. Martii 1591. coram Giffio; & hoc puto verius. In practica tamen & maxime in Curia forte prævaleret contraria opinio in qua tandem refedit Rota in posterioribus decisionibus.*

33 *Circa secundam inspectionem, videlicet an Parochio negligente aut renuente decimas exigere, possit Episcopo pro sua quarta Canonica agere contra laicos saltem Officio Judicis notabili, videtur affirmative resolvendum; nam cum extra controversiam sit quartam decimationum Episcopo esse de jure debitam, ut sæpius repetitum est, idque propter conjunctionem & curam universalem quam habet in Ecclesia sibi subiectis, ut post Host. & alios notat Butr. in d. c. Cum contingat n. 9. vers. Item quia de decimis infra eodem & Innoc. in c. Requisisti n. 3. supra de testam. quatenus eam consequi non possit actione directa; non tamen debet esse delictus alius remediis. Unde subveniendum est illi Officio Judicis nobili quod semper datur ex æquitate ubi deficit actio ad consequendum quod sibi debetur, vel ad compellendum aliquem ad implendum id ad quod actione sua potest astringi, ut capite secundo, supra de Officio Judicis lege Quiritus; & hic Bartolus numero primo ff. de ann. legat. Bald. in l. Cum mulier n. 32. ff. solut. Matrim. Obstat dec. 40. n. 7. Rota coram Gregorio XV. decis. 503. n. 4. & solum concedi ad instar actionis, ut notat Bart. in l. 1. n. 10. ff. de jurisd. omn. judic. quem sequitur in d. c. 2. Joan. de Imol. 35. n. 4. Abb. n. 2. & Felbn. n. 4. ubi asserunt Judicis officium, quamvis idem non sit quod actio, tamen in latiori significatione posse actionem appellari, per text. in l. Actionis verbum in verb. Insular. ff. de act. & obligat. in l. Quod si minor, ff. in.*

fin. ff. de minor. & in d. c. 2. Quamobrem cum Parochus incolæ, &c. cogi possint à Rectoribus Ecclesiarum ad solvendam decimas, Rectoribus teneantur de exactis quartam præstare Episcopo, debent utique intrare Judicis officium nobile ad compellendum obligatos ad præstationem decimarum, ut Episcopus quartam suam consequi possit Rectoribus agere negligentibus, vel non valentibus, vel nolentibus, eo quod non sit in causa, ne per illorum malitiam, vel delictum jus suum amittat.

ficium nobile, l. Si me & titulum, ff. si cert. pet. & tradunt Soc. Jan. conf. 52. n. 3. lib. 2. Natta conf. 534. n. 6. Rotaland. conf. 1. n. 55. vol. 1. ne aliqui decimarum debitoribus locupletentur cum jactura Episcopi ob carentiam directæ actionis, ut per Imol. in c. Licet causam n. 23. supra de probat. Felin. in c. Ex parte, d. 2. n. 18. de offic. deleg. Barb. conf. 36. in fin. lib. 1. Facit quod dixi supra in 4. notab. & ita in propriis terminis resolvit Rota in ead. causa Novariens. de decimarum 5. Decemb. 1629. & iterum 11. Maii 1639. ut in decis. 327. n. 1. & decis. 357. n. 1. part. 5. recent.

47 Quod sanè æquitatem respicit, in qua fundatur Judicis of-



DE DECIMIS.

Innocentius III.

CAPUT XXIX.

Cum contingat interdum in tua Diocesi, & infra. Cum in quibusdam Parochiis, ad quasdam Ecclesias vel personas Ecclesiasticas, ab antiquo pertineat perceptio decimarum, & de novo fiant novalia in eisdem quæris à nobis ad quem hujusmodi novalium decima incipiat pertinere? Undè inquisitioni tuæ; taliter respondeamus, quod cum perceptio decimarum ad Parochiales Ecclesias de jure communi pertineat, decimæ novalium quæ fiunt in Parochiis earumdem, ad ipsas proculdubio pertinere noscuntur, nisi ab his qui alias percipiunt decimas, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat novalium decimas ad eos pertinere.

SUMMARIUM

- 1 Decimas qui præscribit in aliena Parochia, si hic injurgunt novalia, ipsorum decimas non habebit.
- 2 Decimas præscribere potest una Ecclesia in Parochia alterius Ecclesie.
- 3 Requiritur tamen quadragenaria cum titulo vel immemorabilis.
- 4 Decimas an possit Clericus præscribere non intuitu Ecclesie.
- 5 Decimarum perceptio in aliena Parochia non extenditur ad novalia si competat ex præscriptione vel consuetudine; secus si ex privilegio; & quæ sit ratio differentie & n. seqq. usque ad n. 11.
- 6 Decimas petens ex præscriptione de singulis præditi probare debet.
- 7 Præscriptio est odiosa & restringenda.
- 8 Privilegium super decimis, an sit latè vel strictè interpretandum.
- 9 Decimarum concessio includit etiam futuras.
- 10 Consuetudo quomvis sit favorabilis, tamen non extenditur in materia multum præjudiciali.
- 11 Decimandi jus, an & quando extendatur de specie ad speciem & n. seqq. usque ad n. 16.
- 12 Intellectus, cap. Cum in tua infra eodem.
- 13 Quasi possessio decimandi fructus unius fundi ex quo solum frumentum colligebatur, extenditur etiam ad milium.
- 14 Decimas percipiendi ex piscariis, piscariis aut nemoribus, obtinere debet etiam de novalibus quæ hic injurgunt.
- 15 Idem si percipiat decimas ex agro pro parte culto, qui postea pro alia parte factus est novalis.
- 16 In decimis percipiendis quis fundet intentionem de jure communi, & n. seqq. usque ad n. 31.
- 17 Quid si Episcopus concurrat cum Ecclesia Baptismali, vel Parochiali, & n. seqq. usque ad n. 31.
- 18 Consuetudo plurium valet in transferendo jus decimarum de una ad aliam Ecclesiam, & n. 36.
- 19 Super decimis transactio, seu compositio fieri potest inter Ecclesiasticas personas sine benedictione Apostolice, & assistit etiam successores.
- 20 Decima personalis pertinet ad Ecclesiam ubi quis audit Divina & percipit Sacramenta, & n. 32. & 56.
- 21 Parochialis Ecclesia de jure communi fundat intentionem super decimis prædialibus ex fructibus, qui colliguntur infra limites Parochie suæ.
- 22 Sive Parochialis sit etiam Baptismalis, sive non.
- 23 Episcopus fundatum habet intentionem de jure communi super quarta decimarum sui Episcopatus.
- 24 Sive concurrat cum Ecclesia Baptismali, sive cum Parochiali.
- 25 Episcopus an fundet intentionem quoad petitionem decimarum in totum faciendam nomine Parochialium Ecclesiarum; anve pro sua quarta decimarum agere possit immediate contra Parochianos, remissivè, & n. seq.
- 26 Cathedralis Ecclesia si habet limitatam Parochiam fundat intentionem in perceptione decimarum in totum infra suos limites.
- 27 Idem si decime non sint in Parochia alicujus Ecclesie.
- 28 Idemque si Parochie non sint distinctæ, aut in Diocesi non sit alia Parochia, quàm Cathedralis, & n. seqq.
- 29 Decima in Parochia noviter erecta de jure communi assignentur ad Ecclesiam matricem, an verò ad novam Parochialem, & n. seqq. usque ad n. 43.
- 30 Et quid post Conc. Trid. n. 43. usque ad n. 52.
- 31 Et quid in decimis personalibus, n. 52.
- 32 Decima de jure communi non sunt Plebanatibus subtrahende, ut datur Capellis, & n. 42.
- 33 Baptismalis Ecclesia est Parochialis totius Plebanatibus ratione administrationis Baptismi.
- 34 Et dicitur etiam Matricem, & cur.
- 35 Parochialis noviter erecta an possit Episcopus assignare campos, vel alia bona ad Ecclesiam Matricem pertinentia.